



# Declarationes Des. Erasmi ad censuras Lutetiae uulgatas sub nomine Facultatis Theologiae Parisiensis.

<https://hdl.handle.net/1874/425043>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

RARIORA

349

U.B.U.

RARIORA

349


U.B.U.

RARIORA

E oct.

349

U.B.U.





卷之三






~~A 10-21 1616~~

349

presented 28-21993



N<sup>o</sup>. 53. xx.

N<sup>o</sup> 29. A.

E Oct 349 1  
1  
**DECLARA-**

TIONES DE C. ERASMI ROTERODAMI,  
ad Censuras Lutetiae vul-  
gatas sub nomine Facultatis  
Theologiae Parisiensis

*Ex domo Bucheli*



IN OFFICINA FROBENIA-  
na, Anno XXXII



YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD

YAHADUD YAHADUD YAHADUD

YAHADUD YAHADUD



Ecanus & facultas Theologiæ Scholæ Parisiensis omnibus fidelibus in Christo Salutem. Cum à nobis anno domini millesimo quingen-  
 tesimo uicesimosexto circa finem Iulij, à  
 multis & grauibus uiris, quaereretur quid  
 sentendum foret de quibusdam proposi-  
 tionibus excerptis è Paraphrasibus Desi-  
 derij Erasmi in nouum testamentum, et si  
 militer de quibusdā alijs extractis ex quo-  
 dam eius libello dictarum propositionum  
 defensuo, qui dicitur Elenchus, necnō &  
 paucis alijs in alijs illius librī repertis:  
 Nos rationem reddere uolētes, de ea quæ  
 in nobis est, fide: re diutius atq; maturius  
 perspecta, & inter nos discussa, tandem non  
 solum super dictis propositionibus respō-  
 dendum cēsuimus. sed & rationes & scri-  
 pturarum testimonia pro instituti breuita-  
 te, pauca ad cautelam subiçere, ubi opus  
 uisum est, curauimus: ut clare agnoscant  
 qui ista lecturi sunt, tantam esse uim ueri-  
 tatis, ut quamvis interdum impudenti in-  
 sipientium hominum temeritate exagite-  
 tur, nunquam tamen possit conuelli. Nam

A 2 si ad-

## INDEX

Si aduersus eam portæ inferorum præuale-  
lere nequeunt, neq; certe potestas illa su-  
per terram præualebit. Proinde nō solent  
viri prudentes etiam ethnici pertinaci ani-  
mositate ea tueri quæ leuius forsan aut in  
consultius asseruere; ubi ueritas ipsa, ratio  
ne reddita, manifeste cognoscitur. Cæte-  
rum in conclusione præsentis operis hu-  
iusmodi nostri instituti ratio pluribus ex-  
plicabitur.

## INDEX ARGUMENTORVM, quæ à præfata doctorum uniuersi- tate discussa fuere & de- finita.

De paruulis baptizatis. I. De morte  
Christi. II. De iejunio & delectu ciborū,  
III. De iuramento. IV. De reparatiōe in-  
iuriæ. V. De matrimonio. VI. De fide. VII.  
De quibusdam desiderijs spectantibus ad  
fidem. VIII. De lege ueteri. IX. De autho-  
ribus librorum noui testamenti. X. De  
Symbolo apostolorum. XI. Detraductio  
ne sanctorum scripturarū in linguam vul-  
garē. XII. De ijs in quibus à cōmuni usu  
ecclesiæ

ecclesię latīnę paraphrastes recedit in suis paraphrasibus. XIII. De quibusdā positionibus quae positae uidentur ex in aduententia uel ipsius paraphrastae uel typographorum. XIII. De quibusdam positionibus in quibus nō fatis officio paraphrastae scriptor paraphrasis respōdet. XV. De meritis. XVI. De fiducia honorū operū & meritorū. XVII. De fiducia corporalium ceremoniarū & statutorū religionis. XVIII. De oratiōe uocali. XIX. De celibatu sacerdotum. XX. De peccato originali. XXI. De poena filiorum temporali propter peccata parentum. XXII. De poena hæreticorum. XXIII. De defectu uigoris euangelij. XXIV. De sabbato. XXV. De ecclesia. XXVI. De beata uirgine Maria. XXVII. De angelis. XXVIII. De Petro. XXIX. De Paulo. XXX. De Dionysio areopagita. XXXI. De theologia scholastica. XXXII.

6 DECLAR. AD CENSVRAS  
PRAEFATIO IN DECLARA-  
TIONES ERASMI.



Quidem sperabam tandem huiusmodi rixarum finem, uel delassatis impotentium animis, qui si non contigisset, animus erat mihi silentio pertinacis quiete ab irrequietis redimere. Nam quod Alberto Pio respodi, nominis illius celebritati datum est, quae me uidebatur grauatura potius quam res ipsa. Cæterum simul atque præter omnem expectationem prodierunt censuræ titulo facultatis Theologiae Parisiensis, plane fluctuabā animo, reputans, nec tutum obticeescere, ne uel tam celebris collegij maiestatem uidear habere contemptui, uel agnoscere quae intentantur: nec respondere, ne peruicaciæ tribuatur quod non uerear sacratissimæ facultatis oraculis responsare. E' duobus malis quando utruncque uitari non poterat, in id quod leuius uisum est, incurrire malui. Leuius enim existimarim, haberī procacior, q̄ impiorum autor dogmatum. Quanquam

Quam mea responsio multum abest ab im-  
probata quorūdam pertinacia, qui quod  
obijcitur, non solum tuentur ac uindicāt,  
uerum etiam malis adiçientes deteriora,  
conduplicant errorem, ac dum homines  
uideri refugiunt, fiunt hæretici. At mihi  
responsio sic temperabitur, ut & Theolo-  
gorum autoritatī quantum debetur hono-  
ris deferam, & sicubi per humanam incu-  
riam, oscitantiā aut inscitiā lapsus sum,  
agnoscam & corrigā errorem: rursus ubi  
sermonis obscuritas aut ambiguitas an-  
sam præbuit errori, declarem bona fide,  
quid senserim. Cæterum quoties incide-  
rit, quod aut simpliciter uanū est, aut per-  
peram intellectum, aut calumniose detor-  
cum, id ingenue reñcam, nō in ipsum cor-  
pus sacræ facultatis, sed uel in cōmissarios  
uel in alios quibus hoc negocij fuit dele-  
gatum: qui mea, uel trunca uel deprauata,  
uel ab aliena persona ad me detorta, uel  
perperam interpretata sacratissimæ facul-  
tati obtruserunt. Nam ea quū sit grauissi-  
mis occupationibus districta haud quaç  
mirum est, si non habet ocium meas lucu-  
bratiūculas proprias ac fixius inspiciendis.

A4 sed

## S DECLAR. AD CENSVRAS

sed de his tantum pronunciat, quæ defe-  
runtur; quæ si perperam proponuntur, iam  
non mea damnat illa, sed quæ deferuntur.  
Evidem summopere cupiam eius colle-  
gij dignitatem simul & autoritatē quam  
maxime sartam tectā haberi, quod haud  
nesciam ad Christianæ religionis integrī  
tatem uehementer pertinere, ut omnes de  
Sorbonica sodalitate quam magnificen-  
tissime sentiant, nec secus quam oraculū  
excipiant, quicquid ab ea communibus  
suffragijs decretum, ac simili cōsensu pro-  
ditum fuerit. Idq̄ mihi perpetuo, tum in  
serijs tum in ludicris studio fuit, ne quam  
gentem ordinemque ledarem, eo quod sci-  
am ubiq̄ bonos malis permixtos, ac ma-  
los bonis. Quicquid usquam mihi dictum  
est acerbius in cæterorum hominum mo-  
res, non in ipsos ordines dictum est. Porro  
ut qui taxat hominū uicia iuuat rem Chri-  
stianam non labefactat, ita qui conuellit  
probatos ordines, turbat & conuellit ec-  
clesiæ statum. Inter ordines autem uix a/  
lium esse puto cui plus honoris debeatur  
q̄ Theologico, qui quod olim fuit episco-  
porum propriū, in se receperunt, Rursum  
inter

inter Theologorū collegia magno orbis  
cōnsensu, principem locum tenet schola  
Parisiensis, quam merito quis Christianæ  
religionis ἀκρότολη esse dixerit. Quo mi-  
nus phas est huius dignitati quicquā de-  
rogare. Proinde mihi in hac apologia non  
minor erit solicitude, quibus modis meā  
tuear innocentiam, in his nimirum in qui-  
bus præter meritum accusor, quām ut ca-  
ueam, ne quid mea defensio lœdat minu-  
atū Sorbonicæ sodalitatis autoritatem.  
Equidem nec decanos, nec commissarios  
nec amanuenses noui, sed tamen esse illiç  
aliquot, qui flagrant impotenti quodam  
odio mei, res ipsa declarat: & sunt fortasse  
quos rapit zelus ecclesiæ, sed uehemens  
magis quām secundum sciētiā, Nec de-  
sunt qui metu suffragantur. Sunt qui pri-  
uato fauore adsunt, cæteri uel connuent  
uel subducūt se, prius habentes cedere,  
quām cum irrequieti spiritus hominibus  
& contentioni natis digladiari, mox audi-  
turi, si quid æqui dixerint, Luteranus. Op-  
tarim tamē has censuras alio titulo quām  
facultatis prodisse in lucem, idq; non tan-  
cum mea ipsius causa, quem supra modū

A. s. gra.

## 10 DECLAR. AD CENSVRAS

grauabit fulgor Sorbonici nominis, etiā si nullus īsit error meus, uerū etiam, quod ipsius facultatis referat nihil ab ea proficisci, quod iure possit reprehendi. Atq; ut facile credo hæc agitata in confessu Theologorum, ita certis omnium suffragijs decreta, ac legitimo consensu publicata mihi non sit uerisimile. Quædam uidentur admixta præsertim in titulis, conclusionibus ac præfationibus, quæ plus odij & iudicij præ se ferunt. Et haud scio an quispiam uel Theologus uel amanuensis tantum iuris sibi sumat, ut in medijs etiam censuris aliquid de suo admisceat, stomachoq; seruenti priuatim indulget. Hæc facultas aut nescit aut dissimulat. Non statim quicquid agitatur inter Theologos publicandum est. Multa illuc uentilantur exercitamenti gratia. Si placuisset facultati has censuras edere, quur post annos quatuor nunc demum prodeunt? Ad hæc, quum Censuris quas ædiderunt in Lutherum diligenter additus sit dies definitionis, ac mox dies quo decretum est ut definita publicarentur, non sine commemoratione gymnasiorum, regiorum consiliariorum

rum

rum, & aliorum *æfionisw*, hic de publi-  
candi autoritate nulla sit mentio. Verum  
donemus has censuras esse uniuersi col-  
legij, nec pronunciatum ex fragmentis  
delatis, sed ex perpetua scriptorum meo-  
rum lectione, tum legitimo omnium con-  
sensu in lucem proditas, saltem hoc mihi  
iuris superest, opinor, apud Theologos,  
quod apud Macedonum regem Philip-  
pum licuit reo, uidelicet ut à facultate  
dormitante appelle ad eandem uigilan-  
tem. Quemadmodum enim Paulus ni-  
hil se posse fatetur ad destructionem ec-  
clesiæ, quum esset tantus apostolus, ita  
Theologis nulla est autoritas aduersus  
evidentem ueritatem: homines sunt &  
ipſi, quibus imponi potest præstigijs im-  
proborum, etiamſi nec affectus, nec incu-  
ria, nec ignorantia pariat errorem. Quid  
quod inspiciēdi prouincia non semper ex  
iudicio libero, sed interdum ex ambitu  
quorundam delegatur: uel per non satis  
linguae latinæ peritos, ut damnent quod  
non intelligunt, uel in ueterum autorum  
lectione minus exercitatos, ut nisi uideat  
conclusiones, aphorismos, & corollaria,  
utde

## 12 DECLAR. AD CENSVRAS

uideantur sibi in alio esse mundo: uel odio corruptos, ut damnent & pie dicta: uel a deo pigros, ut tantum ea legant, quæ nota sunt, quum ex his quæ præcedunt ac sequuntur liqueat scriptoris animus. Videor autem mihi deprehēdisse quibus ex rebus potissimum nascatur offendit quorundam in libris meis. Primum quia dum aliorū animos ex meo metior, simplicius ac liberius effero qđ sentio. Deinde quod à scholastica phrasī recedens, conor interdum paulo latinius quod sentio proloqui. Displicet autem quibusdam quicquid nō intelligunt, & carpunt quod perperam intelligunt. Præterea quod ubiq; ferè gaudeo sequi uetusissimos quosq; doctores ecclesiæ, potiusquam placita scholastico rum, quorum aliqua sunt dubiæ ueritatis, aliqua etiam inter ipsos cōtrouersa sunt. Quod si quis conetur ad eosdem gnomones examinare libros Basilij, Chrysostomi Ambrosij, Hieronymi, Augustini, reperi et plusquā duo milia propositionum, quę grauiorem mereantur censurā, quam pleracq; mearum. Perquām uero iniquū sit, in illorū scriptis nihil non excusare, etiam ubi

ubi grauiter lapsi sunt, & in meis etiā quæ  
pie dicta sunt ad calumniam trahere. Fit  
enim interdum, ut quod in Augustino, &  
Cypriano cum plausu legitur, in meis ut  
impium carbone notetur. Quin & illud  
obest mihi, quod diuinorum uoluminum  
ac priscorum Theologorum morem se-  
quutus à tropis non abstineo. Atqui tro-  
pos non agnoscūt, qui tantum in aphoris-  
mis scholasticis triuerunt ætatem. Sed uix  
ulla occasione frequentius præter meritū  
male audio, quām quod quæ sub aliena  
persona dicta congruunt primordijs ecclē-  
siæ, sic proponuntur quasi nūc à mē di-  
cantur aduersus præsentem ecclesiæ sta-  
tum. Porrò qui nō recipiunt personarum  
excusationem, in argumento quod perso-  
nis constat, hī quid aliud quām profiten-  
tur se nolle præstare æquos iudices? Ad  
excusandum priscos satis est unius loci te-  
stimonium, & ad euincendum illos recte  
sentire, licet compluribus locis aliud sen-  
tire videantur. Mihi licet trecentis locis  
exprimerim probatam sententiam unus  
locus obiectitur ac detorquetur ad calum-  
niam, nec illa tam multa bene dicta quicque  
opitw.

## 44 DECLAR. AD CENSVRAS

opitulantur. Ad has propositiones fere omnes pridem respondimus Natali Bedæ. Ea fuisse lecta à commissariis constat, quandoquidē aliquot loca citant ex Supputationibus & Elencho. Verum quum illic ad multa sic responderim, ut opiner Theologis integris factum satis, dissimulatis omnibus, tantum obiecitur quod gravat. Vnum exempli causa proferam. Ex loco paraphrasis in Matthei cap. 16. Beda obiecerat quod scripsisset Christum singulari amore filium dei, non leue crimen impingens, sed impietatem execrabilem Arianorum, quasi senserim Christum, non natura sed adoptione filium dei. Atqui ego docui id typographorum incuria commissum in æditione posteriore, qui ex more fecerant amore. Id palam arguit prima æditio in minusculis, quæ prodijt anno 1522. Illuc comperi scriptum singulari more filium dei, hoc est ea ratione filium dei, qua nullus alius est praeter ipsum. Posterior æditio peracta est me inscio, nec si adsim maxime, mihi liceret quicquid illorum incuria committitur corrigere. Expressi maxime catholicam sententiam, & tamen

Vide proposi-  
tionem 89.

tamen audio Arrianus. Hoc à me diligenter commonistratum, si commissarij bona fide retulissent ad facultatem, nequaquam addidissent eam censurā, nec dubito quin idem facturi fuerint in alijs compluribus. Iam & illud offendit quosdam iniquiores, quod ueteres imitatus orationem ad præsentem materiā accōmodo, uehementius incumbens in eam partem unde moribus hominum grauius imminet periculū: ueluti quū deterreo à furore bellandi, à perjurio, à fiducia uirium ac operum nostrorum, à fiducia ceremoniarū, à superstitione cultu diuorū, à præposterioris rerum iudicijs. Huiusmodi locos qui tractat perpetuo dictionis fluxu, calore quodā interdūcō fertur, ut uideatur id unde deterret in totum damnare, iuxta uetus prouerbium, iniquum interim petens ut æquum ferat. Videmus quo feratur interdum Hieronymus amore uirginitatis. Dicas eū minus quod par est tribuere matrimonio. Cōtra qui impense laudat matrimonīū, uix effugiet quin alicubi uideatur derogare uirginitati. Hinc est quod in apostolorum ac doctrinum literis quedam uidentur ex diametro pugnare

## 16 DECLAR. AD CENSVRAS

pugnare inter se. Quale uero sit, si quis apud bellaces magna contentione dehortantem à bellis, & ad concordiam exhortantem sic interpellet: heus tu, quur das bellum, quod interdū recte ac necessaria suscipitur? Quid audire mereatur ille interpellator? Nonne hoc: Amice uerum est quod dícis, sed nunc aliud agitur, medeor horum morbo, ad id nihil conducit tuum pharmacū. Seruetur istuc alteri temporis. Aliud est in scholaſtico confliſtu ueritatem exactā ſcrutari, aliud eſt affectus hominum orationis impetu rapere ad meliora. Dominus ad benignitatem exhortans, clamat: omni petenti te tribue, iubēs ut de inimicis quoq; bene mereamur. An hoc agenti cōuenit occinere dogma ſcholaſticum: Neminem obligari ad impetrare de ſuis proximo, niſi in extrema neceſſitate, quod iſum tamen liceat ab eo reposcere, ad meliorem fortunā prouectio. Non tamen hæc eò loquor, quaſi negem in ſcriptis meis inefſe lapsus. Non ſum felicior Hieronymo, Ambroſio & Auguſtino, quibus hoc non contigit: ſed puerum animi ſtudium ſemper abſuſſe quamuis sancte

sancte deierare uel ipso Christo præsentे  
nihil uerear. Laudo tamen piam Theolo-  
gorum uigilantiam, quibus non satis est  
euellere zizania dogmatum improbato-  
rum, sed infirmorum etiam offensionibus  
studēt occurrere. Nam id quum in multis  
censuris, tū in ipsa præfatione significant,  
quum aiunt ad cautelam. At mea senten-  
tia rectius cautum fuisset infirmis, si certis  
delegassent negocium è meis lucubratio-  
nibus decerpendi, quicquid ibi pugnat cū  
dogmatibus ob quæ nunc turbatur eccles-  
ia, aut ita temperassent sermonem, si hoc  
sentit Erasmus, errat. Nunc interdum &  
de animo meo pronunciatur, idq; præter  
causam, ut suis locis commonstrabimus.  
Atqui quum hactenus constanter adhæse-  
rim ecclesiæ catholicæ, quum eorū quos  
ipsi pro perduellionibus habēt ecclesię, &  
animos & calamos in me cōcitarim, si mi-  
nus eo dignus fauore uidebar, ut incircui-  
spectius à me dicta commode interpreta-  
rentur, saltēt hac æquitate non indignus  
uideri poteram, ne mihi tam odiosis nomi-  
nibus impingerentur, quæ nec scripsi, nec  
sensi, ac fragmentis male decerp̄tis, & in

B sensum

## 18 DECLAR. AD CENSVRAS

sensum impium deprauatis tecum agere  
tur. Postremo si pie cogitat qui studet sim-  
pliū & imbecillū periculis occurre-  
re, rem non impiam mihi videor facturus,  
si & illorum occurram periculo, qui quo-  
niam me existimat esse aliquid, quum ni-  
hil sim, hoc ipso possent in errorem prola-  
bi, aut in errore confirmari, si persuasum  
fuerit, me hoc sentire, quod quidam inter-  
pretantur. Qualis aut ille medicus uidea-  
tur, qui dum aliorū hulceribus mederi stu-  
det, alios integros fauciāt. Inculta cautela  
est, sic cōsulere nescio quibus infirmis, uel  
morosis uel iniquis potius, ut immerente  
grauius lēdas. Porro Theologos collau-  
do quod nō grauati sint de ea quae in ipsis  
est fide rationem reddere. Sed expressius  
specimen Christianæ mansuetudinis datū  
fuisset, si tantū docuissent, non etiā conui-  
cia quædā aspersissent, qđ nec aduersus  
Luterū factū est. Neq; video in quē iacian-  
tur illa uerba: ut clare agnoscāt qui ista le-  
cturi sunt, tantā esse uim ueritatis, ut q̄uis  
interdū impudenti insipientiū hominū te-  
meritate exagite, nunq; tamen possit con-  
uellī &c. Hęc si in alios dicūt, alieno loco,  
sin

sin in me, cōtumeliose dicuntur. Fateor & apud Ethnicos esse turpe, repugnare cognitæ & exactæ ueritati, sed apud eosdem nunq̄ fuit honestum, quenquā calumnijs incessere. Hæc præfatus rem aggredior: sed prius illud lectorē admonere uolui, si quid uel in hac præfatione, uel in sequētibus declarationibus minus reuerēter dictum uidebitur, intelligat nihil ad Facultatem pertinere, quæ non nisi ex delatis pronunciauit. In delatores igitur, uelut in Pyrthæam, si quid mali.

T I T . I . D E P A R V V L I S B A P T I S T A S . In epistola præposita paraphrasi in Matthæum Propositio Erasmica



I H I uidetur non mediocriter conducere, si pueri baptizati quum iam ad pubertatem peruerenterint, iubeantur concionibus adesse, in quibus illis dilucide declaretur quid in se continat professio baptismi: deinde diligenter priuatim examinentur à probis uiris satisne teneant ac meminerint ea quæ do-

B 2 cuīt

In Supputa.  
fd. 63

20 DECLAR. AD CENSVRAS

cuit sacerdos. Si comperietur satis tenere, interrogentur, ratumne habeant quod susceptores illorum nomine polliciti sunt in baptismo? Si audita professione, non approbent quod gestum est per uicarios: omnia tentanda sunt, ne quis resiliat à prima fide. Quod si non potest obtineri, fortassis expediet illum non cogi, sed illum suo relinqui animo donec resipiscat, nec ad aliā interim uocari poenam, nisi ut ab Eucharistia sumenda reliquicq; sacramentis arcea tur. Cæterum nec à sacrīs, nec à concionibus excludatur.

C E N S V R A .

Non dubitat  
consilium.

Consilium hoc quantū ad id quod suadet petendum à paruulis baptizatis dum iam sunt adulti, ratum ne habeat quod susceptores illorū nomine in baptismo promiserunt, & si non approbent, fortassis expedire eos relinqui animo suo donec resipiscat: nec interim aliter puniri, nisi quod non tradantur eis sacramenta ecclesiæ, impium est, & in perniciem uergit fidelium, uiam aperiens abolendæ Christianæ religioni.

R A T I O .

Si enim qui paruuli baptizati sunt, ubi adole

adoleuerint, interrogati negent se rata habere quę susceptores nomine illorum polliciti sunt, mox & ipsi suę peruersitati adhærentes à Christianismo deficerēt, & eorum exemplo multi alij. In dubium prærea reuocare an baptizati paruuli ubi ad annos discretionis peruerint, possint cogi ad tenendam fidem catholicam, apertā præfert impietatem. Nam cum fide teneatur baptizatos paruulos esse fideles filios dei & hæredes regni cœlestis, fide quoq; tenendū eosdem iam adultos esse de gremio ecclesiæ: ideoq; eisdem legibus esse obnoxios, quibus cæteri orthodoxi astrin-guntur: haud secus quam aliarum cōmunitatum paruuli, ubi ad pubertatis annos peruerint, legibus suarum politiarum deuinciuntur: quamuis in illas formaliter per se non consenserint. Vnde nec minus possunt cogi paruuli Christianorum baptizati, ad fidem Christi seruandam, quam olim paruuli Iudæorum circuncisi, ad legem Mosaicam: de quibus tamen nefas est hæsitare. Sub lege siquidem circuncisos uniuersæ legis faciendę debitores pronunciavit Apostolus: & decreuit dominus

Galat. 5

Deut. 13

B 3 in

## 22. DECLAR. AD CENSVRAS

*De hæreti/  
cis in 7.ca.  
contra Chri  
stianos.*

in lege ueteri morte plectendos, quoscumq; à semel suscepta lege recedentes. Declara runt item nonnulli summi pontifices tanquam contra hæreticos procedi oportere, aduersus eos qui quū paruuli essent, baptizati sunt: ubi autem doli facti sunt capaces, ad ritus se conuerterunt Iudæorum.

## DECLARATIO ERASMI R.Q.T.

ad primam censuram.

I Nunquam dubitauī quin infantes baptizati pertinerent ad corpus ecclesiæ, nec unquam dubitauī quin ecclesia ius habeat animaduertēdi in eos, qui à fide baptismi resilierunt, ut iam illa uerba censuræ, de quibus tamen nephias est dubitare, nihil ad me pertineant. Porrò quod ad illam particulam attinet, quam solam notat censura, Consilium proprie dici non potest. Consultatio potius est. Qui enim dat consilium, iudicauit. Qui proponit dubitans, petit consilium uerius quam dat; nec iudicat, sed alijs defert iudicium. Verum ut omniamus de uerbo contentionem, quo pacto potest impiū dici, quod pio animo proponitur. Nihil obstat quo minus utraq; pars quum æque pio ducatur spiritu, in summa consentiat, in medijs dissentiat. Illi

perpendentes q̄ prodigiosa sit hisce præfertim temporibus ad omnē nouitatē uolubilitas, necessariū existimarunt temeritatem præcipitē ostensō fune compesci. Ego reputans quot sint hominum milia etiam inter Christianos, qui uel nihil omnino sciānt de dogmatibus fidei, uel nihil omnino credant, id quod partim ex plurimorū colloquīs deprehendimus, partim ex eorum narratione cognouimus qui audiendis arcanis confessionibus uacant, quarebā tanto malo remedium. Sperabam aut̄, si præfulū autoritate renouaretur catechismus in adultis, & post cognitam Euangelicam philosophiam renouaretur professio, fore ut plures haberet ecclesia germanè uerēq̄ Christianos. Id aut̄ uidebatur melius successorum, si ducerētur homines magis q̄ cogerētur. Fides enim persuaderi gaudet potius q̄ cōpelli. Ad hēc, sperabam Catechistarū uigilantiā adiuuante Christo nullos aut certe q̄ paucissimos fore qui resiliērent, de quibus expendendū proponebā, an expediret, nō statim tradere externo iudici, sed monitis, hortatibus, pudore ac remedījs p̄ Christiana charitate lenioribus

prouocare, donec ex animo profiteretur. Nec interim essent liberi à seueritate legū principalium, si aut blasphemias euomerent in Christum, aut alios ad defectionē solicitarent, aut nostram religionem petulantius incesserent. Non est minor potestas ecclesiæ in suos quam synagogæ fuit in suos, fateor; sed aucta charitas pristinæ legis seueritatem in plerisq; diluit, magis spectans quid expediat filijs, quam quid ipsa iuris habeat; quemadmodum beatus Paulus agnoscit quidem suam potestate, quam acceperat à domino, sed ea frequenter non utitur dum studet utilitati discipulorum adhuc lactentium. At hæc inquietus lenitas inuitaret improborum temeritatē. Videbam & hoc periculum, eocq; adieci, fortassis. Illi nolunt hunc reip. statum moveri, ne quid accidat deterius; ego synceriorem quendam populum induci cupiebam, minore iactura quam nunc patitur ecclesia, ut mihi quidem videbatur. Nam qui non credunt, iam resilierunt apud deum. Hi & minus inficerent alios, & citius ad meliorem mentem redirent, si semouerentur, quemadmodum semouebantur olim

lum poenitentes. Metus enim legum fre-  
quenter hypocrita facit, & linguas cohi-  
bet ueri<sup>9</sup> quam corrigit animos. Et hodie  
multi dubitant, utrum consultius fuerit lu-  
dæos ut erat sinere, q̄z nunc habere nobis  
permixtos, mutato titulo uerius q̄z ani-  
mo. Perspicuum est opinor meam cogita-  
tionem plurimum absuisse ab impietate  
quum illa scriberem, eo q̄z legēti mīhi uer-  
ba illa in censura, consilium impium est,  
& in perniciem uergens fidelium, uiam a-  
periens abolendæ Christianæ religioni,  
prosperus inhorruit animus. Quanquam  
quomodo ad perniciem, quū ecclesia pri-  
mum felicissime & creuerit & confirma-  
ta sit, quum nullus occideret resilientes.  
Partiamur igitur hanc inter nos laudem si-  
uidetur, ut illi prudentius metuerint, ego  
sperarim benignius. Et tamen illa uerba,  
quoniam ut uidet offendunt, delebuntur,  
imò totum illud emblema iam pridem re-  
iectū est. Neq; enim est præfatio in Mat-  
thæum, ut hic citatur, sed assumentū alie-  
num ex tempore interiectum, ad explen-  
das paginas, quæ tum supputatoris indi-  
ligentia uocabant.

TIT. II. DE MORTE CHRISTI,  
Luc. XXIII. Propositio Erasmi  
prima.

**II** **In Supputa.** **Pag. 34.** **I**esus suam mortem non lugubrem, sed gloriosam esse uoluit: nec eam deplo rari uoluit, sed adorari, ut quæ sponte pro salute totius mundi suscipiebatur.

## CENSURA.

**Psal. 62** **Zacharia. 12** **Luc. 2** Et si preciosa est mors Christi & glorio sa, ut quæ mortem & mortis destruxit au torem: non continuo non est & ipsa lugu bris, & fidelibus deflenda, pro quorum sa lute exhibita sponte est. Nam quū per re gium prophetam Christus conqueratur, dicens: Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: qui consolaretur, & non inue ni. Et per Zachariam prædictum sit: Do lebunt super eum sicut doleri solet in mor te primogeniti: Piæ quoq; matris animā in filij passione doloris gladius, iuxta uati cinium Symeonis pertransierit: planū est quòd Christus suam passionem & mortē minime uetererit defleri: sed cum illa, pec cata uoluerit lugeri, propter quæ expians da moriebatur, tanquam causam tanti do loris; quādoquidem attritus est (ut scribit Esaias

Esaías) propter scelera nostra, & liuore eius  
us sanati sumus. Proinde cum hæc propo-  
sitio catholicorum doctorū sententiæ, uni-  
uersalis ecclesiæ ritui, quo singulis quibus  
q̄ sextis ferijs, in memoriam dominicæ pas-  
sionis, à carnibus abstinetur: nec nō & re-  
ctæ sacræ scripturæ intelligentiæ aduerse-  
tur, temeraria est, impia, & hæretica.

Esaie 53

## DECLARATIO SECUND A.

Certe sub hoc lapide nō suspicabar tan-  
tum latere scorponum. Paraphrastes ex-  
planās uerba Christi, sequutus sum ortho-  
doxos ac probatos autores, quos plurimū  
arbitror absuisse ab heretica sententia. Pri-  
mum Theophylacti uerba subscrībā. Mu-  
lieres quidem inquit genus hominum est  
facile lachrymans & plorans, quasi graue  
quiddā accidisset & domino, plorant com-  
passionem præ se ferentes magnam, & in-  
iusticiam lamentantes. At ille non appro-  
bat, sed magis increpat illas. Voluntarie  
enim patiebatur. Non decet autem lamen-  
tari eum, qui sponte & pro salute omniū  
patitur, sed cōgruum est, ut ille magis lau-  
dibus efferatur & celebretur. Per crucem  
enim & mors destruc̄ta est, & infernus  
captiuus

## 28 DECLAR. AD CENSVRAS

captiuus factus. Lamēta enim his qui spōte patiuntur nullam consolationem adferunt, proinde dominus eas quae ipsum lugebat increpat &c. Nec his dissimilia scribit Beda, scriptor ab ipsis laudatus. Ne me inquit, moriturum lamētemini, cuius cito resurrectio mortem soluere potest, cuius mors, & omnem mortem, & ipsum mortis destrūcta est autorem. Hæc Beda, Ambrosius uero licet hunc domini sermonem ad fœminas prætercurrat, tamen ad crucis mentionem statim erumpit in uerba triumphalia, non lugubria. Sed iam trophēum inquit, suum uictor attollat. Ac deinde, Nunc quoniam trophæum iam uidimus, currum suum triumphator ascendat &c. Et ipse dominus commendans nobis memoriam sue passionis, non dicit, morte domini lugebitis, sed mortem domini annunciabitis, hoc est, prædicabitis ac celebrabitis. Qui conueniret autem ut quum aliorum martyrum mortes ecclesia tantis celebret tripludijs, qui tamen non caruere peccatis, domini mortem lucu uulgari celebremus? Porro psalmus 68. Sustinui qui simul contristaretur &c. non hortatur nos ad

ad luctum, sed uaticinatur quomodo do-  
minus in passione foret ab omni humano  
solatio destituendus. Hæc autem Zacha-  
riæ uerba, Et plangēt planctu quasi super  
unigenitum, Hieronymus interpretatur  
de planctu impiorū in iudicio. Tūc inquit  
docebunt à se crucifixum, quum uidebunt  
in claritate regnante. Atq; ut hic locus  
maxime accommodetur ad mœrorem disci-  
pulorum ac piarum mulierū de morte do-  
mini, uaticinium est rei gestæ, non exhor-  
tatio gerendæ. Quid quod in ipso parasce-  
ues die, quo maxime celebratur mors &  
sepultura domini, tamen ecclesia non con-  
tinet gloriam suā de morte redemptoris,  
canens hymnum illum, Crux fidelis inter  
omnes, arbor una nobilis, quiduis potius  
quām lugubrem: uelut per hebdomadam  
passionis, canitur hymnus triumphalis,  
Vexilla regis prodeunt &c. Item diebus  
ueneris, scilicet quādo peragitur comme-  
moratio mortis dominicæ, canit ecclesia:  
Nos aut̄ gloriari oportet in cruce domini  
nostrī, nec ullam præ se fert luctus speciē.  
Quod autem discipulorum animos con-  
sternauit mors domini, partim infirmitas,  
partim

## 50 DECLAR. AD CENSVRAS

partim incredulitas fuit in causa. Non dū perfecte nouerant redemptionis mysterium & de resurrectione desperabant aut certe dubitabant. In eo affectu nec illos expediebat manere, nec nos esse congruit, q̄ scimus quod Christus iam nō moritur, sed cū patre regnat immortalis. Quomo<sup>d</sup>do igitur possumus nunc eam mortem lugubrem ducere, quæ fons est omnis solatij, omnis gaudij, omnis gloriae nostræ? Sed mater, inquisunt, sensit doloris gladium. Omitto uariam huius loci expositionem: Sensit affectum naturæ, sed reluctata est spiritu. Verum eum dolorem omnē abstersit resurrectionis læticia. Non tamē damnandus est affectus illorum, qui tum Christo, ut homini dira patiēti, communī naturæ sensu cōdolescabant: nec Christus simpliciter reprehendit lachrymas mulierularum, sed admonet quid potius sit sicut dum: atq̄ harum occasione, commonuit posteros, ut cōmemorantes domini mortem, sua crimina deplorent potius quam illius mortem: siquidem illa sunt, quæ innocentissimum egere in crucem. Qui lugget, aut eius vicem dolet qui decessit, aut suam

suam ipsius, aut utriusq; sed Christus sit in  
uerat horam, nobis aut illius mors fons uir-  
tæ fuit. Bene luget qui sua peccata luget  
ob quæ Christus mortem suscepit, iustius  
luget, qui subinde relabens in peccata, iter-  
rum atq; iterum, quod quidem in ipso est,  
dominum crucifigit. Non constat autem  
sanctas ac pias mulieres à domino repre-  
hensas, sed probabilitus est fuisse uulgares,  
quæ nō tam iudicio, quam sexus mollicie  
fundebant lacrymas. Talibus lacrymis o-  
pinor, Christus non uult à nobis deplora-  
ri mortem suam.

SECUND A EIVSDEM PROPOSITIO  
in Elencho Annota. VII.

**C** Hristus si suam mortem uulgarim  
re lugeri uoluit, cur baiulans crucē  
reprehendit filias Hierusalem?

## CENSURA.

Noluit se Christus à filiabus Hierusalē III  
deflери, ut infirmum aut non potentem se  
ab illatis malis defendere: quemadmodū  
illæ erant deflendæ, ob imminentis Hiero-  
politanæ ciuitatis excidium. Nec tamen  
naturæ suggerit, ratio suadet, sacra eloquia  
compro

comprobāt. Christianos uidelicet Christi  
membra Christo capiti suo conformari:  
eidemq; patienti & dolenti cōpati & con-  
dolere: quemadmodum suo generali ritu  
Ecclesia obseruat. Hac autem interrogati-  
one oppositum innuens hic scriptor, ne/  
que scripturam quam assumit intelligens,  
manifeste errat.

## DECLARATIO.

III.

Si minime uetus dominus deflerī mor-  
tem suam, quid sibi uolunt illa uerba, No-  
lite flere super me? Sic inquiunt, deflerī  
nolebat. Idem ego dico, uulgarī more no-  
lebat deflerī. Est ergo luctus aliquis, quo  
lugerī non uult. Rursus, si quod fatentur,  
gloriosa nobis ac triūphalis est mors Chri-  
sti, uidelicet pium est aliquo modo negare  
mortem illius nobis esse lugubrem. Ut au-  
tem maxime probatum sit, domini mortē  
nobis aliquo pacto lugendā esse, non con-  
ueniebat ut paraphrastes dicerem contra  
ria loco, quē explanabam. Christus dicit,  
nolite flere, ego dixisse: imo deplo-  
randa est Christianis omnibus mors Chri-  
sti, deniq; ut fuerit humanus affectus illa/  
chrymare Christo patienti, quando simile  
affectum

affectum in nobis gignit interdum audita  
conspectaue mors hominis etiam scelero-  
si: quale est post deuictam mortem , exa-  
ctis iam annis mille quingentis adhuc su-  
gere mortem dominis Debent inquiunt,  
membra cōformari suo capitit fateor, hoc  
est, debent imitari Christi crucem, morti-  
ficandis affectibus, qui militant aduersus  
spiritum, non deplorando Christum, tan-  
quam miserabile. Accedit huc, quod uix  
cōgruere uide sublimitati doctrinæ Chri-  
sti, requirere à nobis affect⁹ uulgares. Pau-  
lus præcipit ut uiri diligent uxores, sed ad-  
dit aliquid dignum apostolo, sicut Chri-  
stus dilexit ecclesiam: præcipit, ut serui ob-  
ediant heris suis, sed addit, tanquam do-  
mino. Miror autem quur commemoran-  
dū existimarint, quod ecclesia diebus Ve-  
neris in memoriam passionis dominicæ  
abstinet ab esu carnium. Nam id mea sen-  
tentia, nō est lugere mortem domini, sed  
imitari. Commemorandum potius erat,  
quod in diebus extremis quadragesimæ,  
Ecclesia ritibus quibusdā repræsentat per-  
urbationem discipulorum, strepitum ac  
uesaniam ludeorū, uelut templi scissum;

C sepul

## 34 DECLAR. AD CENSVRAS

sepulturam. Hæc enim non sunt proprie  
luctus, sed representatio quædam eorum,  
quæ tum gesta sunt. Quemadmodum in  
die pascæ candido vestitu alijsq; ritibus re  
presentat lœticiâ resurrectionis. Postremò  
si tenemur lugere morte Christi, quin ea  
dem opera lugere subemur afflictiones,  
pericula mortesque beati Pauli. Proinde,  
quum in paraphrasi sequutus sim ortho  
doxos ac probatos autores, quū mea uer  
ba non repugnent ulli loco scripturæ, nec  
ulli ritui ecclesiæ, nō est quur dicar parum  
intellexisse locum, quem explayno, aut hæ  
reticam sententiam protulisse.

TIT. III. DE IEIVNIO ET DELE  
ctu ciborū. Erasmi propositio prima,  
in epistola præposta paraphrasi  
primæ ad Corinth.

1111 In Sup. 211 **M** ihí purioris Christianismi uidetur,  
magisq; consentaneum euangeli  
cæ & apostolicæ doctrinæ, si nullum cer  
cum cibi genus præscribatur, sed admone  
antur omnes, ut quisq; pro corporis habi  
tu uescatur quæ maxime conduceat bonæ  
ualetudini; non ad luxum, sed ad sobrieta  
tem: cum gratiarum actione, ac studio bo  
næ

næ mentis.

CENSURA.

Hæc propositio significans magis conforme esse euangelicæ & Apostolicæ doctrinæ, omne ciborum discrimen à Christianis auferri, ut quisq; pro suo arbitrio h̄s uescatur quæ existimat conducere suæ ualeitudini, modo sobrie id faciat, & cum gratiarum actione, ex errore scripturæ intellectu asserta, ecclesiasticæ est disciplinæ eneruatiua, & euangelicæ ac Apostolicæ doctrinæ, quæ iubet superioribus obedientiam prestari, aduersatur: Ecclesiæ catholicae, quæ huiusmodi escarum delectum fidelibus obseruandum religiose & prudenter constituit, cōtumeliam irrogat, de Aërij, Iouiniani, Valdensium & Luteri heresi consentit. Non tolerandam deniq; arrogantium eam asserētis, indicat: qui suam unius sententiam totius ecclesiæ iudicio præferre non erubescit.

## DECLARATIO.

Nullus reperietur locus in scriptis meis, in quo reprehendam ecclesiæ consuetudinem de abstinentia carnium, sed aliquot sunt in quibus pugno aduersus eos, qui temere citraq; necessitatem uescuntur inter

1111

C 2 dictis

dictis. Nec hic quicquam assevero, tantū dico quid mihi videatur, nullo pacto præ iudicans cōstitutionibus, aut consuetudini ecclesiæ; nihil enim nouari uolo sine majorum autoritate, eoque nihil facio aduersus illud, obedite præpositis uestris, nihilo magis quam si in concilio sedens in quo ageretur de mutandis quibuscdam in ecclesiam receptis, dicerē, mihi hoc uidetur expedire: decernendi autoritatem deferens ecclesiæ. Puriorem autem Christianismū appello, qui lōgius recedit à specie iudaismi. Vix autem alia res irrepsit in ecclesiā, que proprius accedat ad speciem Iudaismi quam delectus ciborum, & unde minus nascatur fructus ad ueram pietatem, & unde plus existat offendiculorum. Arbitror aut puriorem fuisse Christianismum temporibus apostolorum ac martyrum quam nunc est, quando sic refrixit hominū charitas. At illis temporibus quum nullū esset præscriptum de ciborum discrimine, plures ultro abstinebant à carnibus, q̄ nunc faciunt coacili lege. Iam quum Dominus ait, quod intrat in os non coinquinat hominem, utiq̄ magis dissuadet ciborum delectum

lectum quām suadet. Et Petrus in actis liberat gentes ab omnibus huiusmodi observationibus. Et Paulus nusquam nō clamat aduersus eos qui iudicabant fratrem in cibo aut potu, quique iudaicam in cibis superstitionem conabantur inuehere in Christianismum. Scio ecclesiam non prohibere cibos uelut immundos, sed nimiū nutrientes. Atqui plurimi sunt & hodie non multum absimiles Iudaicis illis, qui etiam in morbo, suadēte utroque medico abhorrent ab esu carnium: & quod deterius est, qui fratri in necessitate, quamvis horante medico, non audent porrigitur carnes, & iudicant recte pieque & ex uolūtate ecclesię uescenter. Nec ideo reprehendo consuetudinem ecclesiae, quæ uidens refri gescere charitatem, & plerosque nimiū ad luxum carnisque delicias degenerare, pronomam hominum imbecillitatem talibus cōstitutionibus ueluti freno cohercuit, idque præter doctrinam Apostolicam, non contra. Nec læditur præpositorum obedientia, ubi nihil nouatur nisi ex illorum auctoritate: nec ulla irrogatur ecclesiæ iniuria, si quod ipsa prudenter & religiose instituit,

ob causas enatas æque prudenter & religiose mutet in id quod pro tempore magis expedit. Nec tamen simpliciter uolebam abrogari discrimen eduliorū, sed haec tenus tantū ut pro abstinentia certorum ciborum succederet perpetua sobrietas in omni ciborum genere, & quod decederet extreñ observationi, accresceret ad lucrum ueræ pietatis. Sic enim habet mea uerba: non ad luxum sed ad sobrietatem, cum actione gratiarum ac studio bonæ mentis. Itaque cum citra assertionē proponam meam opinionem, quum multis lucubrationum mearum locis refellam eos qui temere uiolant in his ecclesiæ uel constitutions uel consuetudines, quum nihil nouari uelim sine autoritate ecclesiæ, quam obsecro contumeliam irrogo ecclesiæ. Aerios, Iouinianos, & Valdenses non noui. Luterus ni fallor, docet nullum esse ius episcopis condendi ulla leges, & conditas fortiter esse uiolandas, uelut impias: itaque res ipsa loquitur quantum ab illo dissentiat mea propositio. Porro intollerabilem arrogantiam bono stomacho mihi impingunt, qui meam unius sententiam totius

totius ecclesiæ iudicio præferam, quum  
arbitrer esse multa piorum hominū milia  
quibus idem uideatur quod mihi. Neque  
tvero in hac constitutione ecclesia profite  
tur se Christianismū sequi puriorem, aut  
proxime ad doctrinam Euangelicam A/  
postolicamue accedere, sed degeneranti/  
bus hominum moribus pro tempore re/  
medium admouit. Aliud est, si constat hęc  
ita constituta, ut ecclēsia nec possit nec ue  
lit unquam innouari, quum tot apostolo/  
rum decreta sint abrogata.

## SECUNDA EIVSDEM DE EADEM

re propositio complectens multas: In  
paraphrasi octauī capitīs pri  
mæ ad Corinthios.

**A**probo quod dicis: Esca non com  
mendat nos deo. Cum enim deus  
uniuersa creauerit ad usus humanos, neq;  
quicquam à nobis exigat præter uitæ pī  
tatem, quid illius refert pisciū an quadru  
pedum an uolatilitū carnibus uescamur?  
Nihil enim horum pietati quicquam uel  
addit, uel adimit: horum delectus supersti  
tiosum facere potest, pium nequaquam:  
Christus nullum horum discrimē docuit.

C 4 Proinde

## 40 DECLAR. AD CENSVRAS

Proinde temeritatis sit, si quis homunculus conetur quenquam huiusmodi constitutionibus onerare. Pro suo quisque corporis affectu uescatur quibus uelit, modo sobrie parceque super omnibus gratias agens deo.

CENSURA.

Quamuis, ut per uerba illa, Esca nos non commendat deo, prætendit Apostolus, quod cibus aut potus aut eorum sumptio, suapte natura bona morum non sint aut mala, nec pios reddant nec impios; abstinentia tamen ab illis, ad uirtutes comparandas ex præcepto ecclesiæ, aut iuxta conditionem personarum ex uoto aut deuotione uoluntarie assumpta, laudabilis est & meritoria: ac pietati deseruit, ad illam præparans, ac magnum illi afferens subsidium: alioquin non toties abstinentiam & sobrietatem commendaret scriptura: nec deum alloquens coquineret ecclesia: Qui corporali iejunio uitia comprimis, mentem eleuas, uirtutem largiris & præmia. Quapropter dogma istud sic indistincte positum, & ex scripturis perperam intellectis assertum, à pietate retrahit, atque errori suffragatur, præfatorum hæreticorum Aerij & Iouiniani, ante annos

nos mille dānato: & rursus postea in Val-  
densibus, V viclefo & Lutherō reproba-  
to. Nec tam explicat scriptor literam A/  
postoli, quād ad hæreticum sensum eam  
contorquet: præsertim habita ratione præ-  
cedentis propositionis, scilicet, Mihi pu-  
rioris Christianismi uideſ &c. quæ mentē  
clare satis aperit scribentis. Hoc item com-  
perto quod ab ipsis etiam Apostolis dele-  
ctus ciborum inductus est, qui abstinen-  
tiam à suffocato & sanguine præcepérūt.  
Eorū insuper decreto, autoribus Ignatio,  
Hieronymo, & Maximino, quadragesi-  
ma instituta est. Et ubi certe per se Chri-  
stus nullum præcepisset discrimin cibo-  
rum, non recte inde eliciatur quod temeri-  
tatis sit ad utilitatem fidelū super huius-  
modi rebus leges ab ecclesia constitui.  
Quin potius magnæ est temeritatis, usq;  
adeo procaciter ecclesiæ instituta conuel-  
tere enīt.

## DECLARATIO ERASMI.

Verba quæ in Paraphrasi recitātur sub  
persona beati Pauli, atq; illis temporibus  
sancte pieq; dicebantur iuxta mentem A/  
postoli, contra eos qui iudaicam in cibis  
C s supersti

## 42 DECLAR. AD CENSVRAS

superstitutionem Christianismo admiscere  
nitebantur, perinde referunt, quasi nunc  
sub mea persona dicantur aduersus eccle-  
siæ constitutiones. Paulus compluribus  
locis depugnat aduersus edulorum dele-  
ctum. Hoc nimirum illa requirebant tem-  
pora quibus per pseudapostolos iudaï-  
mum inducere molientes periclitabatur  
Euangelij synceritas. Eo periculo sublato,  
iam ecclesia aduersus luxum induxit alias  
constitutiones. Itaq; si distinguamus per-  
sonas ac tempora, locus ille paraphrasis ni-  
hil omnino facit aduersus ecclesiæ consue-  
tudines longo post tempore natas: & arbi-  
tror me Pauli mentem ex ueterum enarra-  
tione bona fide reddidisse, nō quod isti di-  
cunt deprauasse ad sensum hæreticum.  
Tempore Pauli recte dicebatur, temerita-  
tis sit, si quis homunculus conetur huius-  
modi constitutionibus onerare Christi po-  
pulum. Siquidem hic sermo petit pseu-  
dapostolos, qui priuatæ autoritate, iudaica  
quædam præscribebant Christianis. Ut  
cunq; torqueas, hic sermo non potest ad  
ecclesiam pertinere quæ non est homun-  
culus. In pseudapostolum quempiam ista  
dicta

dicta sunt, non in ecclesiam. Demiror autem quur hic existimarent laudanda Christianorum ieunia, quū præsens locus atq; etiam superior tantum loquatur de delectu ciborum: præsertim quum à me pluribus in locis commendentur ieunia, uelut in ipso libello de delectu ciborū, & in libello de modo orandi deum: nusquam certe docetam quod Aerius, Iouinianus, VViclevus & Luterus. Nec video quur commemorandum hic putarint, quod Iacobus in concilio gentibus imposuerit, ut abstinerent à suffocato & sanguine. Nam hoc decreatum non ex Apostolorū sententia proditum est, sed pro tempore datum est inuincibili Iudæorū importunitati. Alioqui malebāt Apostoli plenam libertatem gentibus relinquere, quam Petrus in eo concilio decreuerat. De quadragesima rursus non huc pertinet, quum ut modo dixi, nō agatur de ieunio, sed de eduliorum discrimine. Aliud est autem inducere, aliud precipere. Usus præcesserat, præceptum positum est refrigeranti Christianorum pietati. Sed hæc extra causam, quum parphrasis agat de temporibus Apostolorū,

non

## 44 DECLAR. AD CENSVRAS

non de posterioris ac iam senescentis ecclæsiae præscriptis. Itaque dum colligunt  
quasi ego temeritatis accusem ecclesiam,  
quod præscripserit ieiunia, aut abstinentiæ  
ciborum, quasiq; procaciter nitar conuel-  
lere instituta ecclæsiae, præter causam præ-  
ter q; omne meritum meum, odiose impin-  
gitur uerius quām erudite, quum multis  
locis horter ad seruandas ecclæsiae consti-  
tutiones. Nec Paulus damnat eos qui pie-  
tatis studio à lauitoribus epulis ac uino ab-  
stinebant: probabile enim est tunc pluri-  
mos fuisse Christianos qui per omnem ui-  
tam & à uino, & à carnibus in totum absti-  
nebant, holieribus & leguminibus conten-  
ti: sed iudaicam præscriptionem huiusmo-  
di rerū damnabat Apostolus, pro illo qui  
dem tempore. Sunt qui locum Pauli, esca  
non commendat nos deo, sic exponūt, ut  
dicatur ab obijcente: & hos sane sequuta  
est paraphrasis: uerum à quibuscunq; hoc  
dictum est, Paulus non improbat, quum  
eandem sententiam compluribus alijs lo-  
cis inculceret: hic tantum adiçcit, ut qui sci-  
entiam habet, ex charitate uiret offendiculū  
infirmorū. Vbi est igitur ille qui tam pro-  
caceret?

caciter conuellere ntitur instituta ecclesiæ. Si Erasmus est, idē facit Paulus. Quod si Apostolus non præiudicat constitutio-  
nibus ecclesiæ post futuris, nec ego præiu-  
dico apostolici sensus interpres.

PROPOSITIO BIVSDEM TERRÆ.  
Ex libro de interdicto esu carnium.

**V**NDE offendiculum ex ijs rebus qua-  
rum usum non interdicit euangeli-  
um, imo quarum interdictores damnant  
apostolicæ literæ, prohibentes (inquit) ci-  
bos, quos deus creauit ad uescendum.

## CENSURA.

Hæc propositio innuēs præceptum de  
ieiunio & delectu ciborum certis diebus  
ecclesiam contra doctrinam Apostolicam  
instituisse, diabolica suggestione asserta,  
hæretica est, & ecclesiæ catholicæ iniuria,  
ac insanam libertatem cum præfatis hære-  
ticis inducere molitur. Nec intentioni A-  
postoli consentanea est: qui illos solum in  
loco assumpto damnat, qui creaturas na-  
tura malas esse assertebant: non autem eos  
qui ex instituto ecclesiæ, aut ob satisfactio-  
nem, aut uirtutē, à certis cibis statutis tem-  
poribus abstinent.

DECLA

46 DECLAR. AD CENSVRAS  
DECLARATIO.

VI Rursus admiscent hic de ieunio, quum  
locus ille tantum agat de eduliorum discri-  
mine. Nec Christus nec apostoli usquam  
damnant ieunia. Verum est autem quod  
dicunt, pseudapostolos quos damnat Pau-  
lus quosdā cibos interdixisse, quasi per se  
essent immundi & inquinarent: sed tamē  
quo lōgius abessent ab hoc periculo Apo-  
stoli, plenam libertatem reliquerunt Chri-  
stianis in delectu ciborū. Nec sermo meus  
innuit constitutionem ecclesiæ de cibis,  
aduersari doctrinæ Apostolicæ: absit tan-  
ta impietas: tantum cōfero scandalum cū  
scandalo. Aliquid dandū erat olim offendicu-  
lo gentium, qui Christianum immo-  
latijs uescerent, non potuerunt sibi per-  
suadere cum pura conscientia uesci: item  
iudæorum, qui ob inueteratam & à maio-  
ribus traditam persuasionem, nō ferebant  
gentes uesci cibis communibus. At nunc  
nō est locus offendiculo si quis uideat fra-  
trem uescerent cibis ab hominibus dun-  
taxat interdictis, quū fieri possit ut ille ob-  
causas occultas cum bona conscientia ue-  
scatur. In dubijs autem oportet interpreta-  
tionem

tionem uergere in partem benigniorem.  
Particula porrò illa, imo quorum interdictores damnat sacræ literæ, ad Epitasis ad dita est: quasi dixisse adeo usum ciborū non interdicit Euangeliū, ut Apostolice litteræ damnent potius eos qui prohibebant. Iam non est uerisimile Iudæos omnes fuisse tam stupidos, ut cibos iudicaret natura malos esse, quod est Manicheorū: sed quoniam multi nitiebātur iudaismum admiscere Christianismō, putabant in hac quoq; parte legem Christianis obseruandam esse. Aduersus quos Paulus tuetur discipulorum libertatem. Nec statim ecclesia pugnat cum Apostolo, si quod ille pro suis temporibus recte docuit, ecclesia pro diuersa temporis ratione secus constituit. Ita q; diabolica suggestio, & insanam libertatem cum hæreticis inducendi studium procul abest ab animo nostro. Tantū quorundam temeritatem retūdo, qui ob esum non aliter horrent proximum, quam si parentem ferro necasset. Fateor tamen hoc à me dictum incircūspectius præsertim hoc seculo: & ob infirmos, primo quoq; tempore medebimur illi loco.

## 48 DECLAR. AD CENSVRAS

QVARTA PROPOSITIO EIVS/  
dem. Mar. 2

**VII** **T**Ristia sunt ieunia quæ prescribit lex,  
& ob hoc ingrata deo qui diligit hi-  
larem datorem.

## CENSURA.

Hæc propositio falso afferens tristia esse  
ieiunia, & quasi seruili affectu semper fieri,  
quæ ex præcepto fiunt, cum sepe libera  
exerceatur charitate, erronea est, & diffor-  
miter ad sanctam scripturā afferitur: quæ  
obedientiam præceptis superiorum exhibi-  
tam maxime deo gratā esse demonstrat.  
Ordini quoq; iuris naturalis aduersatur:  
quo indicum est ut inferiores superiorū  
legib; dirigantur. Quod si contingat ca-  
lia ieunia seruari ut uitetur poena quæ in-  
curreretur transgrediendo præceptum, nō  
propterea semper sunt deo ingrata: nec in  
de rationem perdunt meriti.

## DECLARATIO.

**VII** Et hic uerba paraphrasis quæ dicuntur  
sub persona Christi, incōmode detorquē-  
tur ad personam meam, & ad hæc tempo-  
ra. Conferuntur enim illic pharisaica ieu-  
nia, quæ deus dānat apud Esaiam, & Chri-  
stus

stus in Euangelio detestatur, cum spontaneis ieunijs, quæ Apostoli hausto cœlesti spiritu, citra præceptum ullum erant ieui naturi. Dominus enim illuc excusat discipulos suos, quod non ieunarent, quem admodum discipuli Ioannis & pharisæorum, quum ipse nullum ieunium præscriberet suis. Hæc comparatio nihil facit ad ecclesiæ constitutiones quæ multo post se quæ sunt. Loquitur autem illuc potissimum de legibus ac præscriptis pharisæorum. Nequaquam uero uel animo sensi uel uerbis expressi, quicunque ieunant iuxta legis præscriptum, eos seruili metu ieunare: nec enim dubitandum est, quin & apud Iudæos multi fuerint, qui quod lex prescribebat, cum alacritate spiritus obseruarent. Sed in genere loquitur sum de uulgaribus Iudæorum ieunijs. Porro qui metu ieuinat, nō ieunaturus nisi lex cogeret, huius ieunium hacenus certe triste est & ingratum deo, quod caret alacritate spiritus, qua præcipue delectatur deus. Neminem igitur reuoco ab obedientia superiorum, sed ostendo quid deo sit gratius. Nec enim ideo infirmi liberi sunt à cōstitutionib⁹,

D quod

50 DECLAR. AD CENSVRAS.

quod deus cum alacritate ac sponte ieū/  
nantes præfert ijs, qui legis impulsu ieū/  
nant potius quam ex animo.

TIT. IIII. DE IVRAMENTO. PRO/  
positio Erasmi prima Matth. V.

VIII  
*In Sup. 80* **L**ex Euangelica, quo tutiores sint ho/  
mines à periurio, prorsus dānat om/  
ne iuslurandum, ut iam fas non sit iurare.

PROPOSITIO SECUNDĀ EIVS/  
dem Matth. V.

Christus in totum uetat iurare.

CENSURA.

Christum & Apostolos usos fuisse iu/  
ramento manifestum est: quod non fecis/  
sent si lege Euangelica omne iuramentū  
esset illicitum. Ordo etiam iuris, frequen/  
ter iuramentum exposcit, dicente Aposto/  
lo, Quod omnis controvērsiæ finis est iu/  
rementum. Quamobrem utraque harum  
propositionum legi Euangelicæ & eius la/  
tori Christo iniuria, & à fana scripturæ in/  
telligenzia aliena, de damnata Catharo/  
rum, Valdensium, & eorum qui se iacti/  
tant de ordine Apostolorum, doctrina de/  
sumitur.

DECLARATIO.

Valeant Cathari cum acathartis cūq; VIII  
Valdensibus & Apostolicis, quibus cum  
mihi nihil est commune. Illud in confessio  
est Christum in Euangelio expresse prohi  
bere omne iusurandum, & Christo succi  
nit Iacobus apostolus. Quoniam autem  
is locus uarie tractatur à doctribus, non  
congruebat paraphrastæ, humanarum o  
pinionum riuulos sectari. Duas tantum o  
piniones attingo, quarum una est Augu  
stini, sed nō unius: ideo in totum esse pro  
hibitum iusurandum, quo longius absi  
mus à piculo periurij. Altera est ferè scho  
lasticorum, qui uolunt hunc Euangelijs lo  
cum esse consilij non præcepti, & ad perfe  
clos modo pertinere. Dominus enim illic  
proponit imaginem perfecti Christianis  
tri, qui si nobis adesset superuacaneum  
esset iusurādum, sed ad omnia satis esset,  
est est, non non: nimirum inter eos inter  
quos nemo diffideret alteri, nemo medi  
taretur alteri fraudem, sed quisque quod  
simplici uerbo dixisset non minore fide ac  
religione seruaret quam si iusurandum  
intercessisset. Iam euitari non potest, quin  
aliquo modo nefas sit facere, quod tam

D 2 ex

expresse uetat Euangelium, simul cum a/  
postolo Iacobo. At si quid diuersum mori  
bus hominum receptum est, equius est, ut  
nostra uita corrigitur ad regulam Euan/  
gelicam, quām ut illa ad nostros mores de/  
torqueatur. Nec enim dominus illīc agit  
de iure forensi, quum talem formet popu/  
lum in quo nulle lites possent existere. Du/  
rius etiam me hunc locum exponit Hiero/  
nymus, qui putat Iudeis non aliter con/  
cessum iurare per deum, quām ne iuraret  
per dæmones. Verba illius sic habent. Et  
hoc quasi paruulis fuerit lege concessum,  
ut quēadmodū uictimas immolabāt deo,  
ne eas idolis immolarent, sic & iurare per/  
mitteretur in deum, non q̄ recte hoc face/  
rent, sed quod melius esset deo id exhibe/  
re quām dæmonibus. Euangelica autem  
ueritas non recipit iuramentum, quū om/  
nis sermo fidelis pro iureiurando sit. Hæc  
ille. Nec mitiora scribit Theophylactus,  
cuius hæc sunt uerba. Iurare & adiūcere  
amplius etiam uel nō à diabolo est. Porro  
si dixeris quod & lex Mosi mala erit quo/  
niam iurare iubet, Disce quod tunc non e/  
rat malum iurare; post Christum autē ma/  
lum

Ium est, sicut & circuncidi, & in summa  
quicquid est Iudaicum. Hæc Theophyla  
ctus. Nec ab his dissonat Hilarius: quum  
enim dixisset, rudi populo Iudæorum per  
missum iurare per deum, de Christianis  
subiicit. Fides uero, sacramenti consuetu-  
dinem remouet, uitæ nostræ negocia in  
ueritate cōstituens, & abiecto fallendi affe-  
ctu simplicitatē loquendi audiendiq; præ-  
scribens. & aliquanto post. Ergo in fidei  
simplicitate uiuentibus iureiurando opus  
non est, &cæt. Eandem cantionem canit  
Chrysostomus, docens iuriurandum con-  
cessum infirmitati Iudæorū: Christianos  
autē ne tum quidem iurare oportere, quū  
exigitur iuriurandum, aut quum urget ne  
cessitas: sed omne iuriurandum inter Chri-  
stianos esse malum, atq; adeo crimen ge-  
henna dignum: minaturq; clericis qui nō  
uerebātur iuraturis Euangelicū codicem  
porrigere. Ambrosius enarrans psalmum  
118. non permittit iurare, quibus periculū  
est ne peierent: sed quoniam omnis homo  
mendax, soli deo concedit iuriurandum,  
& his qui per diuinam inspirationem cer-  
ti sunt, se posse præstare quod iurant. Hæc

ausi sunt pbatī ecclesię doctores in literas mitere. Quos tamē in paraphrasī sequutus non sum, tantū aio inter perfectos Christianos sup uacaneum esse iuslurandū. Necq; tamē sentio perfectū illico peccare si iuret ob grauem causam, aut coactus: sed ubi cuncti iuslurādum est, ibi malū est, ut nihil aliud, certe infirmitatis. Verba paraphraseos ad hunc habent modū. Quid aut̄ opus est ullo iureiurādo inter eos, in ter q̄s nec p sua simplicitate diffidat q̄squam nec p sua synceritate fallere cupiat q̄squam, etiā si liceat impune? Et paulo inferi⁹. Quod si qđ accesserit, ex uicio accesserit oportet. Aut em̄ parū bene sentit q̄ iurat de eo cui iurat, aut dif fidit is q̄ iuslurandū exigit. At neutrū cōpetit in uos quos omnibus modis pfectos esse uolo &c. Hactenus paraphrasis. Imperfeciōnē con ceditur iuslurandū, non laudat. Quir aut̄ mea ppositio est iniuria legi Euāgelicæ & eius au tori Christo, quū hoc ipsum explanē, quod ille uerbis expressis docet, quodq; doctores ortho doxi sunt interpretati, nihilo secius rationē in terim indicās, qua pmitti debeat iuslurandū. Qđ si hæreticū est cōtradicere scripturis, uter propri⁹ accedit ad hærefeoſ speciē, qui dicit in totū abstinentū à iureiurādo, cōsonans Euā gelio & Apostolo, an q̄ dicit, ualde utile ac laudandū esse iuslurandū, qđ nusq; legitimus in E

uāgelicis literis: Illud expresse dicit dominus,  
hoc dicit ac faciunt homines. Iam ut hoc aliq  
pacto recte tū dicat tū fiat, nō cōueniebat para  
phasi. Nā id nō fuisse explanare sermonē do  
mini, sed diluere uīgorē Euangelicæ philosof  
phæ. An ita loqui debebā sub persona Christi,  
Dico uobis, ne om̄ino iuretis, sed sit sermo ue  
ster, est est, non nō: qđ amplius est, à malo est.  
Cæterū quāz ita loquor, multis tamē nomi  
nibus utile atq; etiā necessariū est iusurandū,  
in cōtrouersijs, in iudicijs, in fœderib, princip  
iū, in suscipiēdo magistratu, in initiationib  
sacrorū ordinū ac liberaliū disciplinarū, alijsq;  
mille occasiōibus? Nōne belle functus fuisset  
paraphraſtē officio? Sed explicādus erat inqui  
unt, quēstiois nodus, istud nō p̄fiteſ paraphraſ  
tes, q̄ tantū explanatius refert qđ scriptū est:  
Præsertim quū inter doctores nō cōueniat, &  
q̄ maxime quærūt huius nodi solutionē, sudēt  
aestuētq;. Qđ si quis dixerit uitandū errorē ne  
scio quorū, q̄ simpliciter ex om̄i Christianorū  
uita submotū uolebāt iusurandū, multo plus  
periculi est à morib⁹ hominum, qui frequēter  
iurando discunt peierare. Nunc em̄ iurantium  
ac peierantiū plena sunt om̄ia. Ab hac charyb  
di reuocāda erat prona in malum mortalitas.  
Eoq; uidemus hūc esse morē scripturis ac pri  
scis ecclesię doctoribus, ut quā mētes hominū

maxime pronæ sunt in uicium, illic occur  
rant hyperbolis, ac tropis, in diuersum re  
trahentes, ut in medio sit uirtus. Ita domi  
nus à cupiditate uindictæ reuocans cla  
mat, ego autem dico uobis, ne omnino re  
sistatis malo. Et si quis tibi percusserit unā  
maxillam, præbe illi & alteram. Ab auar  
tia deterrens, ait: Omni petenti tribue. Iti  
dem Hieronymus dehortans Christianos  
à furia belligrandi, dicit nobis simpliciter  
interdictum bellum: deterrens clericos ab  
opum accumulandarum studio, negat cle  
ricis esse cōcessum quicquam habere p̄e  
ter dominum. Hoc exemplum imitatus  
soleo nonnunquam uehementior esse ad  
uersus eam partem in quā magis propen  
dent hominum ingenia, & unde grauius  
imminet periculum. Quod sicuti iurat de  
us aut Christus, aut Angeli, nihil ad nos  
attinet: & si quid iurant sancti ueteris te  
stamenti, nihil ad Euangelij discipulos. Po  
stremò ad Hebraeos scribens Apostolus,  
non probat iusjurandum, sed è publica cō  
suetudine ducit argumentū: nisi forte quū  
ait, qui in agone contendit ab omnibus se  
abstinet, existimetur commendasse nobis

Theatrica

Theatrica certamina: aut Christus parabolæ de diuite qui distribuit talera seruis, in usuram locanda, probauit usuram Porro me nō sentire simpliciter iuslurandum nullo modo licitum Christianis, præterç quod significo in paraphrasi, clarissime de claro in annotationibus: nam ibi licuit, qd' in paraphrasi fuisset intempestiuum. Perjurium blasphemiae genus est. Ab hoc latere periculum erat, non est periculum ne iuslurandum pereat in mundo, sed ne invendet perjurium.

PROPOSITIO EIVSDEM DE EO,  
dem Tertia Luc. XXIII.

**C**hristus prohibet iurare, quod non prohibuerat lex prior.

## CENSURA.

Cum eadem sint moralia præcepta in utracq; lege per Euāgeliū à Christo confirmata, erroneum est dicere, iuramentum in lege noua simpliciter esse prohibitum, cum in lege ueteri licuerit.

## DECLARATIO.

Vt iuslurandum sit simpliciter morale, ut moralia sint eadem in utracq; lege, certe in Euangelica sunt perfectiora. Vetus lex

Dicitur uerat

58 DECLAR. AD CENSVRAS

uetat occidere, noua uetat irasci; uetus lex prohibet adulterium noua damnat etiam im pudicum aspectum pro adulterio. Nec est Euā gelium legi contrarium, si perfectis adimit, quod infirmis ac rudibus cōcessit. Hoc enim est consummare legem nō abrogare.

E IV S D E M P R O P O S I T I O Q V A R /  
ta Matth. V.

x **N**on minus est Christianus simpliciter uerbo obstrictus, q̄ Iudaeus per omnia sacra deierans. C E N S V R A .

Hæc propositio erronea est, & honori dei derogat: cuius authoritas interponitur per iuramentum: ratione cuius nouum vinculum obligatorium inducitur.

D E C L A R A T I O .

x **H**ic aliud interpretant̄ delatores q̄ ego sensi. Neḡ eīm hoc sentio, nō peccare grauius eum qui peierat, q̄ qui fallit simpliciter sermone: sed perfecto Christiano tā certā esse in dictis fidem, ut non minore religione seruet quod simpliciter uerbo promisit, q̄ Iudaeus aut homo Iudaicus, quolibet interposito iureiurando. Iudaicus enim homo nō putat se teneri simpliciter promisso, at perfecto Christiano simplicissim⁹ sermo pro ure

fureiurādo est. Et si tales essent omnes Christiani, quid tandem derogaretur honoris deitatis? Meo iudicio illustraretur potius tanta syncretitate suorum.

PROPOSITIO EIVSDEM DE  
codem Quinta. Matth. V.

**N**on opus est in cōtractibus admisce re iusrandum, execrationes, aut simile, quod & promittente obstringat me tu, & stipulanti faciat fidem.

## CENSURA.

Hæc propositio prætendens nō esse cōueniens, utile aut necessariū, adhibere iumentum ad cōfirmandos humanos contractus, uniuersaliter intellecta, falsa est, ad errorē Vitcliefi accedens. Quandoq; emī utile est, quandoq; necessariū hominū commercia iuramento roborari: iuxta rei super qua est contractus, magnitudinē, & personarum contrahentiū seu politiarum utilitatem inde prouenientem, ut uidere est in principiū fœderibus.

## DECLARATIO.

Eam propositiōem nō posui uniuersali ter, sed de his ago qui simplicitate Euāgeliū perfecti nō in aliū usum habent sermonē. Ut inuicē significet qd habeat in animo.

Nec

Nec inficior inter principes, quales sunt pleriqꝫ, interdum uel utile uel necessarium esse iusurandum: optabilius tamē sit, si ea esset fides principū, ut citra iusurandum foedera transigeretur. Quo magis autem laudatur iusurandum, tanto plus detrahitur uigori Euangelico, quod melius relinquitur in suo fonte, quam mūdanis rebus admiscetur.

T I T . V . DE REPARATIONE  
iniuriæ. Propositio Erasmi Lu. XXII.

XII.  
In Supputa.  
133

**N**isi Christus humanum affectū, quo ipsum Apostoli diligebant, euidenter castigasset, existimassemus nobis licere aduersus impiorum uiolentiam armis nos defendere, ac uim ui repellere. Nunc autem cum Petrus reprehensus sit, quod aduersus impios & sceleratos pro innocētissimo domino strinxerit ferrum, quæ poterit esse post hac causa, ut homo Christianus iniuriam iniuria repellat?

C E N S V R A .

Quāquam inter Christianos, quantum fieri potest, fugienda sint bella & lites: hec tamen propositio, ut iacet, innuens nunqꝫ licitum esse bellum aduersus impiorū uiolentiam

lentiam, quasi nunquam iuris ordine ser-  
uato, se defendendo iusta sit belli causa, e-  
neruat omnem politiam: & à lege natura-  
li & à diuina discrepat: alioqui enim non  
commemorarentur in libris Numerorū,  
Iosue, Iudicum, Regum, & Maccabeorū  
multa bella, quæ ex diuina ordinatione ge-  
sta sunt. Scriptis præterea per Apostolum  
& alios sanctos viros hæc propositio ob-  
uiat: atq; hæresi consentanea est pauperū  
de Lugduno & Luteri. Neq; scriptorem  
excusat quod adiçit, quæ poterit esse post  
hac causa, ut homo Christianus iniuriam  
iniuria repellat: cum in præcedenti parte  
clare tradat, simpliciter non licere nos ar-  
mis defendere, aut vim ui propulsare: un-  
de manifeste colligitur sensus autoris. Ne-  
que etiam ea ratione Petrum Christus re-  
prehendit, quasi nunquā liceat vim ui ser-  
uato moderamine inculpatæ tutelę, rejice-  
re: sed quod ipsum defendere niteret, per-  
inde ac si aliquo Christus indigeret hu-  
mano subsidio, & mortem, iuxta patris de-  
cretum, absq; contrapugnatione nō acce-  
ptaret uoluntarie.

DECLAR.

## DECLARATIO.

**xii** Quum uideamus uix unq; esse quietem  
 à bellis, quæ ut ex ambitione aut ira ferè  
 nascuntur, ita pessimis rationibus plerūq;  
 geruntur, frequenter in scriptis meis à bel-  
 lis deterreo, idq; ueterū ecclesiæ doctorū  
 exemplo. Multis tamen in locis declaro  
 me nō improbare simpliciter omne bellū,  
 uelut in panegyrico ad príncipē Philippū  
 Maximiliani Cæsaris filiū, & in príncipe  
 Christiano ad Carolū Cæsarem, postremò  
 in libello de bello suscipiendo cum Turcis  
 Quod autem ad hunc locum attinet, pri-  
 mum iniurium est, quod sub persona Lu-  
 ce dicitur in paraphrasi, & recte dicebatur  
 illis temporibus, id ad meam personam &  
 ad hæc tempora accōmodare. Nolebat e-  
 nim dominus, ut Euangeliū armis alijsū  
 præsidij hominū propagaretur, quo tota  
 gloria deo cederet. Apostolis autem suis  
 nihil permisit, nisi ut de ciuitate fugeret in  
 ciuitatē, & per patientiam suā possiderent  
 animas suas. Quod si licuit Apostolis ac  
 uiris apostolicis in ecclesiæ primordijs ar-  
 mis tueri sese aduersus Ethnicos quos im-  
 pios appello, fatebor paraphrasim meā nō  
 recte

reclie fuisse loquitā. Sed Augustinus qui  
tāto interuallo sequutus est apostolorū tē  
pora, non uult armis opprīmi idololatras,  
quū tamen id tēporis ea fuerit Christiano  
rum potētia, ut qđ ipse fatetur, in cōflictu  
potuerint esse superiores: quin & interce  
dit, ne Cæsar ulciscatur mortē ab Ethnicis  
cēsorū, causam addens, ne per uindictā ob  
scuraretur gloria martyrū. Nec illic simpli  
citer loquit̄ paraphrasis de quacūq; defen  
sione, sed de ea quæ nascit̄ ex affectu uindī  
ctæ. Sic enim locū ingredior, Tūc Iesus ut  
prorsus reuelleret ex animis illorū omnē  
uindictæ cupiditatē, fallit eos ad tempus  
obscuritate sermonis, sed in hoc patit̄ erra  
re, quo certius & efficacius eximat omnē  
cupiditatē ulciscendi. His autē affectibus  
id temporis adhuc erāt obnoxij discipuli,  
nondum hausto spiritu coelesti &c. Itaq; si  
meus sermo accipiāt ut dictus est, de cupi  
ditate uindictæ, accōmodeturq; ad uiros  
apostolicos, & ad illa tēpora quibus Evan  
geliū sanguine martyrū erat propagandū,  
nec stans, nec facens, nec ambulans, dam  
nat omne bellū, nec eneruat omnē politi  
am, nec à naturali diuinacq; lege discrepat,  
sed

**Rom.12** sed consentaneus est doctrinæ Christi & apostolorum. Quod enim ius uim impiorum ui repellendi ijs qui iubebantur diligere & inimicos, benefacere maleficienibus, orare pro persequentiibus, & quibus dictum est. Nolite omnino resistere malo, concidente Paulo, Non uosmetipso ulciscentes charissimi, sed date locum iræ. Omitto nunc disquirere quantum ualeat exemplum à uetere testamento ductum ad nouum, quum Iudæis multa permitta sint quæ Christianis nō licent. Porrò quod adieci, ut homo Christianus iniuriam iniuria repellat, per epitasin dictum est. Si non licet uim ui repellere, multo minus iniuriā iniuria pensare. Quid autem dominus reprehenderit in Petro, nunc non disporto. Certe Augustinus totum hoc quod fecit Petrus ait domino displicuisse. Siquidem hoc tum agebat dominus, ut in se præberet exemplum discipulis, uidelicet, ut quæ admodum ipse noluit defendi armis aduersus impios, ita apostoli solo gladio uerbi spiritualis armati subigerent orbem Euangeli, nec de humanis præsidij pendent, sed à uoluntate dei. Nec enim hæc loquitur

quitur Erasmus de principibus horū temporum, sed Lucas de suorum temporum Euāgelistis. Vnde quod hic probant non esse damnandum simpliciter omne bellū, plane mecum faciunt.

## TIT. VI. DE MATRIMONIO

Prima propositio Eras. Matth. XIX.

XIII

**Q**uæ alteri uiro sui fecit copiam, iam uxor esse desījt, & matrimonij ius adimit sibi, diuisa carne: quum deus unam & indiuisam esse uoluit.

In Sup. 67

Secunda eiusdem propositio.

Inter Euangelicos una duntaxat causa dirimunt coniugium, hoc est uiolata consuegj fides

XIV

Tertia propositio. Mar. X.

Uxor quæ sui corporis copiam fecit alteri, iam etiamsi non repudietur, desījt esse uxor: & maritus qui sui corporis copiam fecit alienæ, iam ante diuortium maritus esse desījt.

Quarta propositio. Marc. X.

Quemadmodum ignis nō est ignis nisi caleat: ita coniugium non est coniugium, nisi ex duobus fiat unus: ex tribus aut quatuor una caro fieri non potest.

XV

E CENS V

66 DECLAR. AD CENSVRAS  
CENSURA.

Hæ quatuor propositiones, quatenus per eas prætendi uidetur, matrimonii per adulterium dissolui quantū ad uinculum, hæreticæ sunt. Est enim uinculum matrimonij iure diuino indissolubile, ut ad Corinthis scribens Apostolus demonstrat, quum inquit: His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego sed dominus, uxorem à uiro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et rursum: Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit. Et eadem omnino est ratio de uiro, sicut de muliere: quia eiusdē beatī Pauli sententia, sicut mulier sui corporis potestatem nō habet, sed uir: ita & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Tanta præterea est indissolubilitas matrimonij, ut nec per hæsim (quæ fornicatio est spiritualis) dissoluatur.

DECLARATIO.

- XIII Recte additum est, prætendi uidetur:  
XIV Nam re uera nihil minus cogitabam illa  
scribens, quam quod interpretantur. Sen-  
tio eam desisse esse uxorem, quæ se præsti-  
tit indignam uxoris nomine, & coniugij  
commo-

commodis. Sicut filius abdicatus negatur esse filius, quod amiserit ius filij: & hominem exuisse dicimus eum, qui uehementer est inhumanus. Id autem me sentire declarant uerba, quæ subiçio, & matrimonij ius ademit sibi. Ius autem coniugij est individualia uitæ societas, tectum, mensa, & leitus communis, rei familiaris in partem administratio, fortunarum omnium consortium, petere debitum &c. Hæc quæ perdidit sua culpa, quæso quid habet uxoris? Quod si uerba tantum offendunt, non abhoruerunt à talibus sacrí doctores. Quorum Chrysostomus in prioris ad Cor. epistolæ caput 7. ita loquitur. Rursus illic qui dem post fornicationē vir non est vir. Hic vero etiam si cultrix idolorum fuerit mulier, tamen non perdit ius viri &c. Ecce virum uocat non virum qui excidit à fructu coniugij. Quanquam autem non possum explicare nodum, quomodo Christus loquens Iudæis sentiat de diuortio quod manente coiugij vinculo, tantum separat ab usu matrimonij, quum illi non aliud noscent repudium, quam unde fit ius cum alia contrahendi, tamen ita tempero sermonē,

ut quod dico dirimi matrimonium ac fieri diuortiū, de separatione thori possit intelligi, nec ullum admisceo uerbum, quo ius faciam iterandi coniugij. Testimonia quæ citantur, non excutio. De his abunde nobis dictum est in Annotatione super<sup>1.</sup> Corinth. caput 7.

**TIT. VII. DE FIDE, PROPOSITIO.** I.eiusdem. Jacob. II.

**xvi** **F**ides quæ friget absq; charitate, nec se profert ubi res postulat, nec fides quidem est: tantum est inane fidei nomen.

**xvii** Propositio eiusdem Secunda. Jacob. II.  
Fides & charitas natura cōiunctissima sunt, & alterum ab altero diuelli non potest. Et paulo post, Charitas fidei comes est indiuīdua.

**xviii** Propositio eiusdē Tertia. in Elencho.  
Certum est utranque alteri indiuīdum esse comitem. **C E N S V R A**

Hæ tres propositiones sunt hereticæ, & sententiae apostolorum Pauli & Iacobi cōtrarie, Paulus namq; fidem sine charitate posse esse ostendit, quum inquit: Si habuero omnē fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem nō habuero, nihil sum. **Iacobus**

Jacobus etiam in eo capite in quo dicit, fi-  
dem sine operibus mortuam esse, appellat  
fidem simpliciter illam quæ est sine operi-  
bus, dicens: Quid proderit fratres, si quis  
dicat se fidem habere, opera autem nō ha-  
beat? nunquid poterit fides saluare eum?  
Vnde patet q̄ fides absq; charitate aut bo-  
nis operibus fides appellanda est.

Iac. 2

## DECLARATIO.

Nemo nescit fidei uocabulum late pate-  
re. Multa enim de deo etiā credebant Eth-  
nici, & iuxta Iacobi dictum, dæmones cre-  
dunt & contremiscunt. At ego de fide lo-  
quens eam sentio quā beatus Paulus nus-  
quam non prædicat, iustificantem, & per  
charitatem operantē. Sint igitur meæ pro-  
positiones tercij quatercij si libet hæreticæ  
iuxta sensum alienū, modo iuxta sensum  
meum sint Paulinæ. Porrò quod negauis  
fidem mortuam nec operantem per dile-  
ctionem, ne fidei quidem uocabulum me  
teri, uulgatissimo tropo dictū est, quo ho-  
minem inutilem & ignauū negamus esse  
hominem, & uitium uapidum nihilq; ui-  
goris habens, negamus esse uitium. Id  
me sensisse deprehendet, qui totum eum

xvi

xvii

xviii

E 3 locum

## 70 DECLAR. AD CENSVRAS

locum paraphraseos legerit. Proinde testimonia quæ citant è scripturis, quanquam ad me nihil attinent, tamen non usq; adeo solida sunt, ut non recipiant tergiuersationem. Neque enim Paulus affirmat fidem, donū esse dei absq; charitate, sed fictione utitur ad exaggerandū laudem charitatis, ueluti qui dicit: Et si mihi sint linguae centum ac totidem ora, nō possem rem ut habet enarrare, nō sentit esse quenquam cui sint centū linguae ac totidem ora. Eodem tropo Paulus dixit, & si linguis hominum loquar & angelorum. Necq; enim angelis sunt lingue, sed ad rem exaggerandam finitur, ad significandum eximias quasdam linguas humanis longe præstantiores. Basilius Magnus locū hunc citans in epistola quadam ad Neocæsarienses, hæc subiicit. Nō quod horū quæ cōmemorauimus singula sine charitate possint inueniri, sed quod sanctus Paulus uoluerit testimonij confirmare quod dixerat, præceptū charitatis infinitis partibus esse reliquis omnibus excellentius. Ita Basilius. Theophylactus autem indicat hīc Paulum ad exaggerandam charitatis eminentiā conferre illā cum

cum dono omnium maximo:fide,nec sim  
pliciter cum fide,sed cū summa fide, nimi  
rum integra & syncera. Itidē & Chrysostō  
mus annotauit, Paulū non simpliciter no/  
minasse fidem, sed uniuersam fidē. Iam ut  
largiamur aliquā fidem inueniri sine chari  
tate, quis illam dixerit, integrā, synceram,  
& uniuersam. hoc est oīibus numeris ab  
solutam. Similiter & Thomas Aquinas,  
omnē fidem interpretatur perfectā fidem.  
Quæ si nō reperitur sine charitate, quem/  
admodū sentit Basilius, necesse est, ut hic  
agnoscamus hyperbolem ac fictionē, quā  
inter amplificandi formas commemorat  
etiam Quintilianus. Illud opinor constat,  
Apostolum hoc loco, quum linguas pro/  
phetiam,& scientiam nominat, sentire de  
donis gratuito datis, non de iustificant/  
bus, quod hæc sine charitate non subsi/  
stant. Cæterum iam frigebit amplificatio,  
si charitatē donis inferioribus comparet.  
Idem dicendum est de fide, quæ si fir/  
ma sit, quamvis non adsit charitas, tamen  
edit miracula: sed quomodo huiusmodi fi/  
des dici possit summa, integra & syncera  
non video. Tutijs igitur arbitror sequi

dium Basiliū, ut accipiamus hoc exag-  
gerandi gratia fingi, quod non est nec esse  
potest. An deus possit infundere perfectū  
fidei donum absq; charitatis dono non e-  
rat paraphrastē discutere. Mihi satis est ea  
quæ scripsi competere in fidem iustifican-  
tem, & ubi ubi est, ac licet, per dilectionē  
operantē. Iacobus autem quum ait, si quis  
dicat se fidem habere, significat illos care-  
re uera fide, qui per dilectionem non ope-  
rantur, nec statim fidem habet, qui dicit se  
habere fidem.

## PROPOSITIO IIII, ERASMI.

Ioan. 3.

XIX

In Sup. 152

**S**ola fides purificat corda, redditq; ido-  
nea quibus credantur cœlestis philo-  
sophiæ arcana.

XX

155

XXI

159

Propositio eiusdem quinta. Ioan. VIII.  
Sola credulitas uia est ad immortalitatē.  
Propositio eiusdem sexta. Luc. XXIII.  
Quid exigit Christus à suis nisi fidem,

CENSURA.

Tametsi requiritur fides ad assequendā  
beatam immortalitatē, & ad cordium pu-  
rificationem, ut docent sacræ literæ: non  
tamen eam solam ad hoc requiri astruunt,  
sed

sed potius oppositū. Vnde ait Iacobus A/  
postolus: Vīdetis quoniam ex operibus iu/  
stificatur homo, & non ex fide tantū. Et  
Paulus. Nō enim auditores legis iusti sunt  
apud deum, sed factores legis iustificabun  
tur. Quare propositiones cum huiusmodi  
exclusione positae scripturis nō consonat,  
quæ ubiq; bona opera prædicant. & offen  
diculum eadem propositiones aptæ sunt  
præstare pusillis: quasi uidelicet non sunt  
fidelibus necessaria bona opera, sed sola fi  
des sufficiat ad salutem.

## DECLARATIO.

In Paraphrasibus meis uix aliud tracio,  
sæpius aut diligentius, quam non suffice  
re professionem fidei nisi accedat uita pro  
fessione digna. Idem facio frequenter & in  
ceteris lucubrationibus, ut hec suspicio in  
me non possit herere, quasi sentia non esse  
necessaria post baptismum in adultis bo  
na opera. Hæ uero propositiones sic trun  
catim recitatæ fortasse pariant offendicu  
lum infirmis. At si legant in cōtextu pa  
raphrasis, nō uideo quem possint offendere.  
Nā Ioannis tertio, ipse sermonis tenor,  
declarat me illuc loqui dehis, q ex paganis

xix  
xx  
xxi

E s mo

mo aut Iudaismo ueniuit ad gratiam Euangelicam. Paulus autem utriscum adimens gloriam operum, æquat illos in fide, qua purificabantur illorum corda. Hæc igitur vox sola, non excludit opera, quæ gignit fides, sed opera præcedētia baptismum. Nec re-

Eph. 2 fert addas an omittas, uocem sola. Quum enim Paulus dicit, gratia saluati estis, æque excludit opera, ac si diceret, sola gratia saluati estis. Quod alibi explanatius, non ex

Tit. 3 operibus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et, si ex operibus iam non est gratia.

Rom. II Similiter Ioannis & Christi adimit Iudeis fiduciam generis & obseruatæ legis, & unicam ad salutem uiam ostendit, si credat sermonibus filij dei. Verba paraphrasis sic habent: Nisi resipueritis, nihil uobis proderit generis autor Abrahæ, nihil Moses, nihil sacerdotes, aut pharisei, nihil deus pater, ut uerbis gloriarni. Illud habetote p certissimo, Si quis obtemperauerit sermonibus meis, quemadmodū frequenter dixi, mortem non uidebit in eternum. Sola credulitas uia est ad immortalitatē &c. Viam autem dixi aditum, ac ueluti ianuam ad salutem,

reuo

reuocans gentes à fiducia philosophiæ, Iudeos à fiducia ceremoniarū. Quanquam fides sic aperit ingressum ad salutem, ut etiam in deducendo præcipuas agat partes. Rursus Lucæ 24. manifestū est me loqui de ceremonijs Iudaicis, quas Christus iam à nobis non exigit si cōuertamur ad Euangelij gratiam, sed fidem. Verba paraphræseos sic habent: Quid aut̄ exigit Christus à suis, nisi fidē. Et ideo suam ecclesiā, quæ nescit opera legis, urbem fidelem dixit, totam ipsi uni innitētem. Hanc quū auditis redimendā in iudicio, uidetis sublatam legaliū ceremoniarum fiduciā. Ex his parlam est opinor, has propositiones, ut à me positiæ sunt, & pias esse, & maxime consolare scripturis diuinis: tantū abest, ut sint hæreticæ, quod conuicium nimis familiare est plerisq; Theologis.

TIT. VIII. DE QVIBVS DAM DE-

ſiderijs ad fidem spectantibus.

Propositio Erasmi prima. In epistola

præposita primæ Corinth.

**V**tinā illud saltē aperuisset Paul⁹, à qbus, quo tēpore, q cultu, quo actu abus uerbis cōsecrari soleat panis ille myſticus, &

XXII

In Sup. 208

76. DECLAR. AD CENSVRAS  
& sacrosanctum dominici sanguinis pocu-  
lum.

CENSURA.

Curiosum est hoc desiderium & futile  
atq; impium, si ex existimatione procedat  
qua credatur minoris autoritatis esse mul-  
ta à Christo per Apostolos nobis uoce te-  
nus tradita, quām sīnt ea quae in scriptura  
sunt expressa. Sufficienter enim sunt per  
scripturam sacram determinata, quae pro  
salute fidelium expediuit per eam deter-  
minari. Nec autoribus Dionysio, Basilio,  
& Augustino, in minori habenda sunt au-  
thoritate, quae à Christo ex Apostolorum  
traditione ad nos usq; peruenere, de sacra-  
mentis & alijs multis, quām quae scriptu-  
ris sanctis definiuntur. Docet enim Apo-  
stolus tenendas esse institutiones Apo-  
licas: non solum quae scripturis exarantur,  
sed etiam quae nudo sermone ab Apo-  
stolis traditae sunt. Reliqua uero commodius  
& decentius relicta sunt dispositioni eccl-  
esiæ, ut de illis definiat & determinet, prout  
tantorum sacramentorum dignitas, & ip-  
sius ecclesiæ profectus exposcit.

Secunda

Secunda eiusdem propositio. In epis-  
tola præposita primæ ad Corinth.

Vtinam Paulus aliquanto plus lucis no  
bis aperuisset, qualiter extent animæ se-  
motæ à corpore, & ubinam extent: an  
fruantur immortalitatis gloria, an impio-  
rum animæ iam nūc crucientur, an eis sub-  
ueniant nostræ preces aut alia beneficia:  
an indulgentia summi pontificis subito li-  
berentur à poenís. quòd video multos su-  
per hisce rebus ambigere, aut certe dispu-  
tare: quod superuacuum erat si Paulus a-  
perte definiuisset.

## C E N S V R A .

Superuacaneum est hoc desiderium, &  
periculoseum. Multis siquidem occasione  
afferre potest scandali, tanquam quæ illic  
ponuntur sufficienti scripturarum testimo-  
nio non suffulciantur: cum tamen illa om-  
nia satis sint per sacra eloquia definita, ex-  
cepta ultima particula de indulgētijs. Nā  
quòd animæ iustorū post hanc uitam cum  
deo regnent beatæ, monstrat Christus di-  
cens in die mortis suæ bono latroni, Ho-  
die mecum eris in paradiso. Et Paulus, mori-  
lucrum existimās, hincq; cupiens dissolui

&amp;

& esse cum Christo. Insuper cū angeli ho-  
minum custodes semper uideant faciem  
patris qui in cœlis est, ante diem iudicij:  
eadem ratione uident & animæ piorum,  
chirographo peccati iampridem Christi  
morte sublato. Docet similiter scriptura a/  
nimas impiorum supplicijs inferni depu/  
tari, cum per beatum Iob dicitur: Ducunt

*Iob. 2 In canonice Iude.* in bonis dies suos, & in puncto ad inferna  
descendunt. Et per beatum Iudam Thad/  
dæum de ijs qui sectati sunt peruersa des/  
deria, scribitur, quod sint ignis æterni poe/  
nâ sustinētes. De diuite item epulone scri/  
bit sanctus Lucas, quod mortuus sepultus  
est in inferno. At uero qui ex hac luce cū  
dei amicitia migrarunt, nondum plene à  
scoria peccati expiati, uiuorum iuantur  
suffragijs: id quod in Euangelio Christus  
demonstrat, dū suadet ut uiuentes, amicos  
sibi cōparent de māmona iniquitatis, qui  
eos, ubi defecerint, in æterna tabernacula  
recipiāt. Huc accedit q̄ illi membra sunt  
corporis Christi, quare aliorū membrorū  
eiusdē corporis subsidio par est subleuari.  
Nā hoc natura insitū est, ut ubi unū mem/  
brum patitur, reliqua membra cōpatiant.

Regius

Regius quoq; propheta idem insinuās in eorū persona qui deo sunt accepti, ait: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Patet itaq; q; uiuentium preces atq; alia benefacta, magno pere illis succurrunt. Nec tamen propterea afferendum est q; semper per indulgentias subito à pœnis liberētur. Nec hoc in suis bullis pontifices prætendūt aut ex ui huiusmodi bullarum pontificiarū sane intellectarum, id habetur. Nam cum nō in destructionem, sed in ædificationem data sit potestas ecclesiæ, non pro quavis causa, omnes quarūcunq; pœnarū debitores, per huiusmodi indulgētias protinus à debito pœnarū eripiūt, etiā si sint in charitate. Vnde nulli mortaliū certū est, quantum p; quasuis indulgentias deo satisfiat pro pœnis quæ peccatis debent. Nec tamē si certus indulgentiarū ualor fidelibus ignorat, eam ob rem contēnendæ sunt indulgētiæ: quas probauerūt sacra cōcilia, summi pontifices, atq; uniuersalis ecclesiæ cōsuetudo & usus: ideoq; p; deesse illas haud dubie tentū est. Qñquidē p; ipsas uberes uirtutū fructu, & magna satisfactiōis emolumēta Christia

80 DECLAR. AD CENSVRAS

Christianis proueniunt. Quare hæc propositio exemplū noxijs dubijs in fide uacillantiū inepte proponens, offendiculum præbet indoctis & infirmis, dubitandi circa ea quæ certa fide tenenda sunt: in quibus non solum superfluum est dubitare, & dubitando disputare, sed etiam illicitū. Quòd si qui super his dubitant, nō nouis scripturis ueniunt instruēdi, sed legitimis supplicijs debet usq; adeo impia temeritas coerceri. Disputare nihilominus de his citra hæsitationem ad maiorem elucidationem ueritatis, si modo per eos fiat talis disputatio, quibus ex officio incumbit, nō est temerarium aut illicitum, quin potius pium & expediēs, ut parati sint, iuxta scripturam tanquam pastores & doctores rationem reddere de ea quæ in eis est, fide & spe: & eos qui contradicant, arguere.

DECLARATIO.

**xxii** Sit quantumuis curiosum ac futile desiderium, modo sit pium. Non enim ibi suggillo diuinam scripturam, quasi non satis ea tradiderit quæ nobis necessaria sunt ad salutem, sed opto nos instructiores esse aduersus eos qui hisce de rebus ambigūt ac dissentient

dissentient. Hoc uotum quum ab affectu  
pio proficiscatur, quomodo dici potest im  
pium? Optat interdum charitas, quæ fieri  
nō possunt, ueluti quum Moses postulat  
deleri de libro uitæ, & Paulus optat ana  
thema fieri pro fratribus suis. Chrysosto  
mus in epistolam ad Philemonem, amore  
Pauli cuperet etiam minima quæcū de illo  
literis ipsius esse prodita. Et tamē qđ ad sa  
lutem satis erat, à Paulo proditū est. Nec  
ideo dicitur incusare Paulū, sed animi sui  
pium affectū expromit. Deniqz non mihi  
illud opto, cui sufficit ecclesiæ decretum,  
sed aduersus contentiosos disceptatores.  
Iam ut fateamur ea quæ Apostoli uiua uo  
ce tradidérunt, pari autoritate recipienda,  
atqz ea quæ sunt diuinis expressa uolumi  
nibus, tamen contentiosi poterunt tergi  
uiersari negantes illa ab Apostolis tradita,  
sed uel à recētioribus inuēta, uel usu mul  
titudinis irreplisse in ecclesiam. Hæc certe  
rima fuisset obturata disputatorib⁹, si Pau  
lus fusius & ex planati⁹ hisce de rebus dis  
seruisset. Nam me de his nihil ambigere,  
puto satis liquere è tot libris meis. Optare  
autem me hanc lucem aduersus cōtentio  
F sos

sos, declarat illa mea, quod video inquam  
multos super hisce rebus ambigere, aut  
certe disputare. Quod superuacaneum erat si Paulus aperte definiuisset. Quod autem aiunt, eos qui super his dubitant non novis scripturis instruendos, sed legitimis supplicijs cohercendos, ut maxime iustum sit, certe clementius est etiam illos sana doctrina in rectam viam ab errore reducere. Si quidem ipsi fatentur ad hoc hec in scholis disputari, ut doctores parati sint iuxta scripturam rationem reddere de ea quae in eis est fide, & eos qui contradicunt arguere: ac commode sanè addit Petrus, cum mansuetudine & reverentia. Porro quod ista docent è sacris literis rem faciunt Theologis dignam, licet mihi superuacaneam, qui de his nunquam dubitauit.

## TIT. IX. DE LEGE VETERI.

propositio Erastri prima. Mar. I.

XXIII

**C**um lex terrorē incuteret potius q̄ amore, quid supererat, nisi postea q̄ per legem dīdicerant homines se peccatis obnoxios, nec potuisse ab his temperare: simulq; scirēt dei seueri vindicis iudicium neminē posse effugere, nisi ut trepidarent, horre

horrent, ac desperarent? Quis autem amare potest, quem horret?

## CENSURA.

Hæc propositio innuens homines ueteris legis non potuisse uitare peccata, & magis induci per legis cognitionem, ad desperationem quam ad amorem, est iniuria legi & legislatori deo. Tradidit enim dominus legem non per quam perirent homines, sed iustificantur. Iuxta illud Apostoli, Lex Rom. 7: quidem sancta, & mandatum iustum. Et illud Leuiticii: Custodite leges meas atque iustitiam, que facies homo uiuet in eis. Neque enim deus hominem ad impossibile obligauit per legem Mosaicam, cum non possit esse iniustus.

## DECLARATIO.

Iniuria afficere legem sanctam, & deum legislatorem, impiorum est, qui affectus procul absit a nobis. Quoties Paulus confort ueterem legem cum Evangelio, non horret similes formas loquendi, nec sacri doctores Paulinarum epistolarum interpretes. Eas posteaquam commode interpretamur circa iniuriam dei & legis a deo datæ, poterat & meus sermo sic accipi, quemadmodum & a medius est. Quum enim ait,

F 2 Lex

xxiii

lex per Mōsen data est. gratia autem per Iesum Christum facta est, nonne uidetur legi tribuere terrorem, absq; gratia? Et ad Galatas 3. Quum legem appellat pædagogum ad Christum, nonne terrorem illi tribuit absq; charitate? Rursus quum ait eodem in loco, quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Item, Quoniam ex lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit, lex autem non est ex fide. Rursus ibidem: Si enim data esset lex quæ posset uiuiscare, uere ex lege esset iustitia, sed cōclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et ad Rom. 3. Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram deo, per legem enim cognitio peccati. Et cap. proximo, lex inquit iram operatur. Præterea 1. Corinth. cap. 14. legem appellat uirtutem peccati. Rursus Rom. 7. Cum essemus inquit, in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nūc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur. Ac paulo post, occasione autē accepta

cepta, peccatum per mandatū operatum  
est in me omnem concupiscentiam. Sine  
lege enim peccatum mortuū erat &c. Sed  
quum uenisset mandatum, peccatum re-  
uixit. Ibidem aliquanto post: Sed peccatū  
ut appareat peccatum, per bonum opera-  
tum est mihi mortē, ut fiat supra modum  
peccans peccatum per mādatum. Ibidem  
capite 5. Lex subintravit ut abūdaret pec-  
catum. Iterum ad Hebræos 7. Mosi legē  
appellat legem mandati carnalis. Ibidem  
Lex inquit nihil ad perfectum adduxit. Et  
alibi, in quo lex infirmabatur. Et in actis  
Petrus appellat legem onus quod nec ipsi  
portare potuissent, nec patres ipsorum.  
Quin Ezechiel cap. 20. ita loquentem do-  
minus facit, dedi eis præcepta non bona,  
iudicia in quibus non uiuent. Eum locum  
Hieronymus interpretat de ceremonijs:  
Sacrificia enim, inquit, que populo ad ido-  
lolatriam proclivi in hoc præscripta sunt,  
non quod placerent domino, sed ne ea im-  
molarent dæmonibus. His duriora scribit  
Chrysostomus in opere aduersus Iudeos,  
legē appellans per se malā. Hęc si prædicā-  
tur de lege Mosaica citra iniuriā legis ac

F 3 legis

legis autoris, cur meus sermo irrogat iniuriam deo? Illorum uerba pia sunt, si legis nomine intelligamus eam legis partem, quae prescribit ceremonias per Euangeliū abrogadas, aut legis literam, quae occidit auctore Paulo, aut praceptorū obligationem absq; charitate, quę fuit in plerisq; Iudaeis, de quib⁹ ex autoritate Psalmographi Paulus in uniuersum pronūciat, quod omnes à lege declinassent, nec esset qui faceret bonum, nec ad unū. Addit aut̄ hoc dictum in Iudaeos maxime cōpetere. Si nemo seruauit legem iuxta Paulū, si lex erat onus importabile iuxta Petru, quid erat piaculi si quis diceret aliquo pacto impossibilem legis obseruationē, quam absq; dei presidio nemo potest seruare. Itaq; propositio mea non innuit homines ueteris legis simpliciter nō potuisse temperare à peccando, sed absq; gratia non potuisse, quandoquidē & Paulus ita loquit: Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Nec hoc à me dictum est, deum dedisse legem per quam perirent homines, sed iuxta Pauli doctrinā aio legē per se bonā, Iudaeis fuisse occasionem horroris ac desperationis. Atq; hac despē

desperatio effecit ut consurgerent ad gratiam. Euentum ostendi legis, non taxauit mentem latoris. Nec statim iniustus sit deus si quid præcipiat quod nostris viribus præstare non queamus, sed misericors potius qui tali consilio nos nobis ostendit, ut nostris diffisi præsidijs ad illius opem confugiamus, Veluti si medicus ægroti qui sibi sanus uideatur, præscribat, ut quotidie mille passus ambulet, in hoc, ut simul ut cognouerit virium suarum imbecillitatem, medico se curandum cōmittat. Denique an iniustū faciat deum, si bonas leges homines suo uicio uertant sibi in malum.

## PROPOSITIO EIVSDEM SECUNDÆ

cunda, Marc. I

**L**Ex Moysi suis umbris, uictimas ac ter roribus fecit hypocritas. XXV  
In Sup. 165

CENSURA.

Hæc propositio rursus legi Mosaicæ contumeliosa est, & ipsi deo, qui huiusmodi umbram, uictimas & ceremonias legis instituit: quæ ex sua institutione ad bonum inducebant, & ueritatem figurabant nouæ legis.

F 4 DECL.

## DECLARATIO.

xxv

Si nunquā facere dicitur, qui dedit occasiōnem, quomodo Paulus dicit: Litera occidit, quum litera legis sit ex sese bona? Idem dicit scientiam inflare, quum scientia suapte natura sit bona. Loquor enim illuc de Iudæis, qui dum metu seruili seruabant externa illa legis præscripta, se pro iustis uenditabant, quum re uera non seruarent legem, interius madentes uitijs, & id quod totius legis caput erat negligentes. Tales nimirūm hypocritæ sunt. Idem opinor sentiūt Theologi, quum aiunt ex sua institutione, fatētes, per occasionē cessisse in hypocrisim. Quum igitur de re conserviamus, unde ego contumeliosus in deum ac legem? Ipsum etiam Euangelium multis fuit occasio malorum. Sed hoc congruentius prædicatur de lege Moysi, quæ ut erat data populo rudi duræq; ceruicis, ita terret ac minitatur magis quam blāditur.

PROPOSITIO EIVSDEM TERTIA.

Roma. 6.

xxvi

**L**Ex cupiditates iritabat potius quam coércebat. CENSURA.  
Hic non conuenienter usus est scriptor officio

Officio paraphrastæ. Quandoquidem lex de se potius coërcebat cupiditates quam iritabat. Non enim est data lex à deo ad incitandum homines in peccata, sed ad cohibendum ab illis, alioqui non esset sancta neque iusta.

## DECLARATIO.

Et hic euentum indico, non mentem la  
toris. Sic dixi : Lex iritabat cupiditates, quemadmodum Apostolus dixit iram operatur. Neq; enim in hoc erat data, ut dei vindictam prouocaret. Lex inquiunt de se potius coërcebat cupiditates. Assentior: Sed per occasiōem in plerisq; iritabat, qd illi non negant. Porro me illic loqui de legi sine gratia declarat sermo paraphraseos, qui sic habet: Neq; uero periculum est ne peccatum uos nolentes in pristinam re trahat seruitutem, quādoquidem iam non estis obnoxij legi, que cupiditates iritabat potius quam cohercebat, sed gratiæ dei, quæ sicuti præstare potuit ut à peccati tyranide liberaremur, ita præstare potest ne reuoluamur in peccati tyrānidem. Hunc in modū paraphrasis. Sed quod sentiebas inquiūt, debebas explanatius dicere. Non

F 5 omnia

90. DECLAR. AD CENSVRAS  
omnia possunt oīibus locis repeti. Nam  
illud dilucide tractauit suis locis.

Q. VARTA E IV SDEM PROPOSIV  
tio. Matth. V.

**XXVII** **P**RÆCEPTŪ illud habetur in lege p̄cī  
*In Sup. 82* puū, Diliges proximum tuū, & odio  
habebis inimicum tuū. CENSURA.

Hac propositione præceptum haberi in  
lege de odio inimici, falso afferitur, cū nul  
lum tale præceptū in lege habeatur. Vn/  
de cum regula dilectionis amici & inimici  
ad mores pertineat, quod autem ad mores  
spectat, inuariatum maneat in utraq; lege:  
constat scriptorem hunc non recte assig  
nasse in hoc, discriminē legis nouæ à ueteri.

DECLARATIO.

**XXVII** Quod isti negant esse in literis diuinis,  
Augustinus putauit esse sic enarrans hūc  
locum. Non quod in lege dictum est ode/  
ris inimicum tuum, uox iubentis iusto ac/  
cipienda est, sed permittētis infirmo. Idem  
sensisse uidetur Chrysostomus, quum ait  
dominum non exegisse ab infirmis quod  
suo tempore præcepit iam instructioribus.  
Porro quum cætera, quæ dominus cōme/  
morat, habeātur in lege, probabile & hoc  
in lege contineri, licet his uerbis nusquam

reperiatur expressum. Vetantur enim Hebræi foedus iungere cum Amalechitis, Moabitis, & Ammonitis in æternū. Nec odium in literis mysticis semper sonat animum cupientis alterum lædere. Interdum odit, qui auersatur, qui affligit, qui cōtempnit. Odit patrem & matrē, qui eos amore pietatis negligit. Odit animam suam, qui eam exponit periculo propter Euangeliū. Sed hec mihi extra causam dicūt. Nunq̄ eīm sensi Iudæis esse præceptū, ut odio haberent inimicos, sed permīssum, Præceptū nomen ad priorē tantū particulā p̄tinet. Id esse uerū declarat epithetū præcipuū. Ut eīm sit aliqd' præceptū in lege de odio inimicorū, certe præcipuū esse non potest. Si uerū est qd' interpretantur ecclesiæ doctores, Iudæis permīssum odiū inimicorū, quī à Christianis exigat dilectio inimicorū, uide or mihi recte iuxta ueterū enarrationē, posuisse discriminū ueteris & nouae legis. Porro ut ἀκίνητος sit illa Augustini distin<sup>c</sup>lio, utq̄ moralia sint eadē in utroq; testa, mēto, nobis tamē præscribūt absolutiora. Quād illa Augustini definitio de ceremonialibus, iudicialibus & moralibus, nō caret multis scrupulis.

Quinta

QVINTA EIVSDEM PROPOSIT  
tio. Matth. XIX.**XXVIII***In Sup. 100*

**A**Dolescens audierat Christū docen-  
tem præcepta legis Mosaicæ non  
esse satis ad consequendum regnum cœlo-  
rum. CENSURA.

Hæc propositio temere afferitur, & in  
eo quod prætendit præcepta legis ueteris  
includentis præcepta decalogi non tunc  
sufficiisse ad consequendum regnum cœ-  
lorum, siue ad merendam uitā æternam,  
dictis Christi repugnat, dicentis: Si uis ad  
uitam ingredi, serua mandata. Rursumq;  
legisperito recensenti utruncq; de dilectio-  
ne legis mandatum, respondit: Hoc fac &  
uiues. DECLARATIO.

**XXVIII***Matth. 19**Luc. 10*

Cupiebam reddere causam, qua cōmo-  
tus adolescens adiisset Iesum, posuīq; quæ  
mihi videbatur probabilis, quanquam id  
præstabat non afferere, quod in Euāgeliō  
non est expressum præsertim sub persona  
Euangelistæ, cui incommodo iam adhibi-  
tum est remedium. Rabanus in catena au-  
rea, aliam diuinat causam, uidelicet quod  
audisset à domino nulos esse dignos reg-  
no cœlorum, nisi qui paruulis essent esse  
et

Ali similes. Regnum autem cœlorum illic appello non uitam æternam, sed Euangelicam professiōem, à qua Christus submō uebat, qui non abnegarent semetip̄os, & tollerent crucem suam, deniq̄ & odio haberent animam suam. Necq; uero unquam mihi uenit in mentem Iudæos ante exortum Euangelij iubar non potuisse seruari legis obseruatione, si adfuisset fides & charitas. Verum ad Euangelicam perfectionem, vulgaris illa legis obseruatio nō sufficiebat. Annotauit hoc Origenes, nō esse dictum, si uis uitam assequi, sed si uis ad uitā ingredi, quasi obseruatio legis tantum sit gradus aliquid ad Euangelij perfectionem. Iudaismus autem (de vulgari loquor) quasi rudimentum est Euangelicæ philosophiæ. Nec hīc discrepat Theophylactus: Quæcunq; inquit, fecisti opera bona, iudaico more fecisti; quod si uis perfectus esse, hoc est, meus discipulus esse & Christianus, uade & uende omnia quę habes. Dominus dicit, nisi abūdauerit iusticia uestra plusq; scribarū & phariseorum, non intrabitis in regnū cœlorum. At pharisæi & scribē legi erant obseruantissimi, duntaxat

## 94 DECLAR. AD CENSVRAS

duntaxat iuxta cultū externū, de quo seti-  
tit paraphrasis. Alioqui fuerūt qui sub le-  
ge quoq; perfectiōem Euangelicā præsti-  
terunt. At talem hunc iuuensem fuisse nō  
arbitror. Nondum eluxerat Euangelium,  
sed tamē iam tum huc uocabat dominus.

## SEXTA EIVSDEM PROPOSITI-

tio I. Timoth. I.

**XXIX** *S*yncera charitas si adsit, quid opus est  
*In Sup. 250* legis præscriptis?

## CENSURA.

Hæc propositio quatenus prætenderet  
uidetur, uiatoribus habētibus charitatem  
non esse necessaria aut utilia præcepta, ex  
erroneo intellectu illius loci scripturæ, iu-  
sto non est lex posita, desumpta, accedit  
ad errorem Beguardorum. Neq; certe per  
uerba illa Apostolus necessitatem seclu-  
dit præceptorum, sed excellentiam indi-  
cat perfectorum, qui non timore pœnae,  
sed uirtutis amore bene operantur.

## DECLARATIO.

**XXIX** Idem sentimus, & tamen mea uerba ui-  
dentur ad Beguardorū errorem accedere.  
Quod enim Paulus negat iusto positā let-  
gem, sic interpretantur, illic prædicari per  
fectionē

fectionem Euangelicā, quę nō timore pœ  
næ, sed uirtutis amore operatur. Eū Apo  
stoli locum in eundem sensum enarrat pa  
raphrasis. Sic habet locus: Qui intelligit  
ijs, quos Christi sanguis redemit à pecca  
ti tyrānide, quicq; charitatis impulsu ulro  
plus præstant, q̄ lex Mosaica præscribit,  
non esse opus uel metu uel admonitu le  
gis, ut uel arceantur à flagitijs, uel inciten  
tur ad officiū, huic lex bona est. Siquidem  
intelligit legē ad se non pertinere, qui per  
Euangelium didicit, non solum neminem  
lædere, sed etiam benemereri de hostibus.  
Quorsum opus frenis aut calcarib<sup>9</sup> equo  
cōmode sponte q̄ currentis. Ac mox, Pro  
inde lex, quæ metu suppliciorū deterret à  
flagitijs, nō his utiq; condita est, qui uolen  
tes ac lubentes præstāt, qd<sup>r</sup> lex exigit, etiā  
si legis uerba nō teneant. His consentanea  
scribit Chrysostomus, enarrās illud: Finis  
legis est charitas, finem autē dixit consum  
mationē, Medicinæ inqt finis sanitas est;  
itaq; quū adeſt sanitas, præcepto ac denū  
ciatiōe nihil est opus &c. Eandē sententiā  
explanati<sup>9</sup> refert Theophylactus. Loquit  
aut̄ illic apostolus nō de quauis charitate,  
sed

sed de Euangelica, quę proficisciatur à conscientia bona, & fide non ficta. Talis charitas non eget lege, metu, ministris ad pia opera prouocante. Arbitror hoc sensisse Apostolum, quod probati doctores interpretatur, quos ego sequutus sum. Hinc liquet quantum intersit inter Beguardos et me. Illi opinor sentiunt hominem spiritualem non teneri præceptis, & licere ea pro suo arbitratu uiolare. Ego interpreter hominē Euangelicum non ita liberum esse à præceptis & constitutionibus, ut liceat eas uiolare, sed quod instinctu charitatis uiolens plus præstat quam lex imperat. Lex enim quasi frenum est & calcar. Abhorrebit sua sponte ab omnibus uitijs, & ad uirtutem alacri studio festinanti, nec freno opus est, nec calcaribus.

## SEPTIMA PROPOSITIO EIUS

**xxx** *dem. Galat. 4*

**xxxii** **V**erbosissima lex est.  
Octaua eiusdem propositio.  
*Ibidem.*

Iudæi pro tempore crassa religione vel superstitione magis cohibebantur.

CENSURA

## CENSURA.

Irreuerenter in his duabus propositionibus paraphrastes loquitur de lege à deo instituta, modo uocās eam uerbosissimam, modo crassam religionem uel superstitionem, cum tamen teste scriptura, ipsa esset ante Christi aduentū sapientia Iudæorum corā omnibus populis. Et sapiens uerbum dei & legem sapientis dicit esse fontē uitę.

Eccle. i.  
Prouer. 15

## DECLARATIO.

Offendit abusus huius uocis, uerbosissima, quasi non dicamus uerbosam epistolam, prolixam ac uerbis abundantem. Loquor aut̄ illīc de multitudine infinita præceptorum, quæ toties etiam iterantur, & inculcantur in ueteri lege, quum Euangelica lex tantam præceptorum turbam unice uerbo comprehendat. Nec id pertinet ad contumeliam legis, sed ad gloriam diuinæ bonitatis, quę se populo rudi, crasso & obliuioso sic temperauit, ut multitudine præscriptionū omni in re admoneretur dei, & multa repetitione uinceretur illorū surditas & obliuio. Quid aut̄ mirū si deus hominū causa uerbosior esse uoluit, quum hominum causa carnem assumpserit. Me

xxx  
xxxii

G autem

autem illic loqui non de superfluitate uerborum, sed de multitudine præscriptionū, testantur uerba paraphraseos, quæ sic habent: Porro quod lex tot præscriptis, tot minis non efficit, id compendio sola præstat charitas, totius legis uim ac summam in se complectens: siquidem quicquid uerbosissima lex innumeris præceptis contatur efficere, id totum unico breviç sermone complectitur &c. Apud candidum lectorum, illius uocis catachresis poterat etiam habere gratiam, præsertim quum ibi fiat collatio ueteris testamenti ad nouum. Per Mosen & prophetas deus fuit uerbus, ac per filium fuit uerbum abbrevians super terram. Porro quum crassam legis religionem appello, nō sentio de lege universa, quæ continet etiam Euangelica precepta, sed de ceremonijs externis, circuncisione, delectu ciborū, victimis pecudum, sabbatismis, alijsç similibus, in quibus nō erat sita uera religio, sed typum habebant ueræ religionis. Iuxta hanc partem legem appellare crassam aut carnalem, nihilo contumeliosius est, quam si quis corpus appellat crassiorem hominis partem, & in sacramentis

mētis crassum appellebat, quod sensibus magis patet, ut in baptismo, aqua, sal, & unctio. Illud durius quod addo, uel superstitione magis. Plerique Iudei in illis obseruanturculis totam iusticiam collocabant, negligebat ihs, quae ut sunt spiritualia, ita propius attinent ad pietatem. In illis igitur tam obseruatio non erat uere religiosa, sed superstitionis magis, hoc est uergens ad superstitionem. Quid autem ueritat ea superstitiosa dicere, quae dominus apud Esaiam fastidit ac respuit? Quid quod probati doctores docent illa à deo præscripta, non quod ipsis placerent, sed ne populus ad omnia mala proclivis, ad idololatriam prolaberetur. Eas præscriptiones, ut dictū est, Hieronymus interpretatur leges non bonas, tanquam non ex animo dei datas, sed duricæ gentis Iudaicæ concessas ad tempus. Certe illa collata ad legem Evangelicam, superstitione non uacant. Quod si simpliciter totam legem appellasse crassam religionem uel superstitionem potius, non solum irreuerenter, uerum etiam impie fuisset loquutus. Lex enim spiritualis est iuxta sensum mysticum, & cū Euangeliō

concordat. Itaq; quemadmodum uerissi-  
mum est quod aiūt Theologi: Legē fuisse  
sapiētiā Iudæorum coram omnibus po-  
pulis, Ita prodita Euāgelij luce, quod pri-  
us uidebat religio, cœpit esse supersticio.  
Erat igitur & olim supersticio quædā cō-  
parata ad uenturam Euāgelij lucem. Non  
enim hic excutiam quantum ad hunc lo-  
cum faciant cætera testimonia. Nam Ec-  
clesiasticus loquitur de sapientia illa subli-  
mi: Fons inquit sapientiæ, uerbum dei in  
excelsis, & ingressus illius mandata æter-  
na. Constat autem præscripta ceremonia-  
rum nō esse data nisi ad tempus. Salomon  
uero iuxta moralem sensum hoc dicere ui-  
detur, plurimum referre ad salutem homi-  
nis recte ac sapiēter institui. Luxta sensum  
reconditionem magis quadrare uidetur in  
Euāgelium. Christus enim dicitur sapiē-  
tia patris, estq; filius ille sapiens, qui gloria  
est patris. Huius lex est Euāgelium. Sed  
utcunq; hæc exponantur, contra me non  
faciunt, qui non sum loquutus de quacun-  
que parte legis, sed de externis ceremonijs  
quæ erant per Euāgelium abroganda.

TIT

¶ TIT. X. DE AVTORIBVS LIBRORVM NOVI TESTAMENTI. PROPOSITIO  
LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

Erasmi prima. In Elencho.

**N**ON statim dubius est in fide, qui de **XXXII**  
autore libri dubitat.

CENSURA.

Hæc propositio temerarie & erronee  
afferitur, loquendo ut scriptor loquitur de  
dubio autorum sacrorum librorum noui  
testamenti ab Ecclesia sub nomine talium  
autorum receptorum. Cuiusmodi sunt au-  
tores quatuor librorum Euangeliorum:  
Septem epistolarum canonicarum, quatuor  
ordicim epistolarum Pauli: Actuum Apo-  
postolicorum & Apocalypsis. Nam cum  
deus uiros illos sanctos, organa sua consti-  
tuerit in editione talium librorum, honor  
eorum detrahit, quisquis ab huiusmodi  
libris nomina eoruñ aufert, uel in dubium  
uertit; necnon & à frequenti abducit &  
fructuosa eorundem lectione. Præterea quā-  
uis de autoribus aliquorum huiusmodi li-  
brorum à nonnullis olim dubitatum sit,  
nihilominus postquam Ecclesia sub no-  
mine talium autorum suo usu uniuersali  
illos recepit, & sua probauit definitione,

G 3 iam

iam non fas est Christiano de illis dubitare, aut in dubium reuocare.

## DECLARATIO.

XXXII. Præcipuus autor scripturæ canonicae, est spiritus sanctus. Quam diu de illo non dubitatur, non potest vacillare scripturarum autoritas, neque frigere piorum hominum lectio. Quanquam non protinus quicquid receptum est usu Ecclesiastico, obligat nos ad credendum, tanquam articulum fidei. Titulos recepit Ecclesia, nimis utens uulgo receptis ad indicandum quod opus designet. Quemadmodum citatur apocrypha, quum aliorum innumerabilium, tum Hieremias, non quod sint Hieremias, sed quod illius nomine prodita sint. Ita dicitur liber Iob, non quod ille scripserit, sed quod de illo tractet. Similiter dicitur liber Tobiae. Titulus itaque non semper notat autorem. Quod si uniuersalis Ecclesia hac mente recipit titulos, ut per impios habeat, qui de uero autore dubitat, manibus ac pedibus discedo in illius sententiâ, meumque intellectum captiuo in obsequiū fidei. Nam iuxta sensum humanum, nec credo epistolâ ad Hebreos esse Pauli aut Lucæ, nec secundam Petri

Petri esse Petri, nec Apocalypsim esse Io-  
annis apostoli, qui scripsit Euangeliū. Pos-  
sem hic multa argumēta cōgerere, sed prē  
stat uitare infirmorū offendiculū. Nā plus  
apud me ualet ecclesiæ iudiciū, q̄ ullæ ra-  
tiones humanę. Solus ille scrupulus habet  
animū meū, an Ecclesia receperit titulos,  
ut non solū uelit haberi p̄ indubitatis, quę  
in his libris scripta sunt, uerū pariter exi-  
gat ut p̄ indubitato habeam⁹, ab his auto-  
ribus esse profecta, quorū titulos gerūt. Id  
si est, damno ac reiçio dubitationē meam  
omnem, quæ ne fuit quidē ulla, si ea mens  
est ecclesię ex afflatus spiritus sancti. Quan-  
q̄ Theologi fatent̄, totā ecclesiam errare  
posse, in his dūtaxat, quæ nō requirunt ne-  
cessario ad salutē gregis, q̄ de genere for-  
tassis est titulus. Alioq̄ si tantopere urge-  
mur titulis uel usu receptis, uel in concilio  
Quopiā recitatis, cogemur librū ad Paulā  
& Eustochiū de assumptione sacratissimę  
virginis credere esse conscriptū ab Hiero-  
nymo. Et in cōcilio Carthaginēsi cui inter-  
fuit August. uelut & in epistola Innocēti⁹  
qncq̄ libri tribuunt̄ Solomonī, Proverbia,  
Canticū canticorū, Ecclesiastes, Ecclesiasti-

Sapientia, quum Ecclesiasticus apud Hebræos non sit in canone, & Sapientia nusquam extiterit apud Hebræos, sed Philonis esse credat, qui Græca polluit eloqua-  
tia. Quin & Augustinus libro de doctri-  
na Christiana secundo capite s. recensens  
omnis canonicae scripturæ libros, ait con-  
stare Ecclesiasticum esse scriptum à Iesu fi-  
lio Sirach ad Solomonis imitationē. Idem  
sentit de Sapientia Cyprianus exponens  
Symbolum apostolorum: Sapientiam Si-  
rach et sapientiam Solomonis ne inter Ca-  
nonicas quidem scripturas recipit, licet in  
templis recitarentur, quemadmodum &  
Pastor.

TERTIA EIVSDEM PROPOSITIO,  
cuius prior pars continetur in epistola  
præposita paraphrasí Lu. i. secun-  
da est in Supputationibus  
num. XXVI.

xxxiii In sup. 105 **D**E epistolæ ad Hebræos autore semi-  
per est dubitatū: & ipse (ut ingenuo  
fatear) adhuc dubito

CENSURA.

Hæ duæ propositiones arroganter &  
schismatice asseruntur, contra usum & de-  
termina-

terminationē ecclesiæ in multis concilijs,  
Niceno, Laudicensi, Carthaginensi tertio;  
cui adfuit Augustinus, & in concilio sep-  
tuaginta episcoporum præside Gelasius.  
Hoc insuper liquet, quia autor huius epi-  
stolæ dicit illa se misisse per Timotheum  
fratrem suum: cuius legatione in quibus-  
dā alijs epistolis solebat uti Paulus. Idem  
etiam demonstrat beatus Petrus qui in fine  
secundæ canonicae ad Hebræos destinatae,  
quibus & primam miserat, eisdem dicit  
scripsisse charissimum fratrem suum Pau-  
lum. Magnus item Dionysius quedam ex  
hac epistola ad Hebræos citat tanquam à  
Paulo præceptore suo deprompta. Idem  
similiter comprobant, Clemens primus,  
Innocentius primus, Ambrosius, Chryso-  
stomus, Gregorius Nazianzenus, Dama-  
scenus, Isidorus, & alij multi catholici do-  
ctores. Nec uerum est, semper dubitatum  
esse de autore huius epistole ad Hebræos,  
cum scribat Origenes quod ante tempora  
sua omnes antiqui & maiores eam ut Pauli  
apostoli suscipiebant. Mira autem arrogantia  
atque pertinacia est huius scriptoris, q[uod] ubi  
tot catholici doctores, pontifices, concilii

lia, declarant hanc epistolam esse Pauli, & idem uniuersalis Ecclesiæ usus ac consensus comprobat, hic scriptor adhuc dubitat, tanquam toto orbe prudentior.

## DECLARATIO

XXXIII

Nicenum concilium non agit de auctoritate, sed de autoritate huius epistolæ. Quidam enim sic negabat esse Pauli, ut existimarent illam non habendam inter scripturas canonicas. Nec aliud arbitror actum in alijs concilijs. Titulus additus est ad designandam epistolam, neque quisquam negat à multis eā citari Pauli titulo, sic & à me civitatē frequenter. Si locus epistole p̄ me facit, & is qui cū ago credit illā esse Pauli, quur non appellem epistolam Pauli. Sed idem illi doctores, qui quū commodū est, assuerant eā esse Pauli, locis oportunis indicant se de autore dubitare, præcipue Origenes Hieronymus & Augustinus. Quod si Nicenum illud conciliū obligat omnes, quur dicti doctores post ausi sunt dubitare de autore, de autore inquam, non de auctoritate? nisi quod minus laborabant de titulo, modo rata esset auctoritas; De priscis loquens

Quens, dixi semper dubitatum, nō ab omnibus dubitatum. Latini sero & ægre receperunt epistolam ad Hebræos, Græci Apocalypsim. Miror autem quod Schismatibus nasci queat, si quis fateatur eam epistolam esse spiritus sancti afflatu scriptam, fateaturque merito inter scripturas canonicas receptam, dubitet tamē an a Paulo apostolo scripta sit, & ita dubitet, ut paratus sit abiçere dubitationem, si hoc anno recepit titulum Ecclesia, ut iubeat credere illam esse uere Pauli. Id quum mihi non constet, non sum peruicax aduersus Ecclesiæ uniuersalis consensem, ac ne tantum quidem uacillo in fide, si professus à spiritu dei proditam, dubitem de autore homine. Quantum ualeat usus perplexa disputatio est, nec satis constat an hoc sit usu uniuersali receptum. Tum si receptus est titulus, refert qua mente sit receptus. A Theologis expectatur solidiora, quam usus & Ecclesiæ nomen, præsertim quum tam uarijs modis usurpentur hæ uoces. Itaque libero stomacho adiectum est conuicium: hic scriptor adhuc dubitat, tanquam toto orbe prudentior, quum præser

108 DECLAR. AD CENSVRAS

præter tam multos ueteres, eosq; præcl<sup>ps</sup>  
piuos ecclesiæ doctores, Thomas Bionen  
sis Card. Caietanus adhuc uiuens, quum  
alibi, tum in libello contra Luteranos de  
Eucharistia, sine Pauli nomine citet hanc  
epistolā: uno loco subiicit, quod iuxta ge  
nuinū sensum tractat autor illius epistole.

QVARTA EIVSDEM PROPOSU  
tio. In Elencho.

xxxiii D E secunda Petri diu dubitatum est.  
CENSURA.

Hanc epistolam sub nomine beati Pe  
tri etiā iam olim ecclesia suo usu recepit:  
& definitione Conciliorum Laudicensis,  
Carthaginensis tertij, Gelasij papæ, necnon  
& decreto Innocentij magni, Præterea ex  
eiusdem epistolæ litera patet eam à beato  
Petro esse scriptam. Nam illius scriptor  
Petrus apostolus in principio nominatur,  
& adfuisse dominice transfigurationi asse  
ritur in eadem epistola; soli autem tres ex  
apostolis (ut Euāgelistæ testantur) illi asti  
terunt: unde cum nec Iacobum maiorem,  
nec Ioannem Euangelistam eam scripsisse  
fa confessio sit, recte conficitur Petru illam  
scripsisse. His itaq; perspectis, inepte & si  
ne

ne illo fructu de eius autore dubitatum esse proponitur, cum modo nulli liceat h<sup>e</sup> sitare quin illa beati sit Petri.

## DECLARATIO.

Si ineptum est hoc per occasionem st<sup>a</sup> diosis proponere, qui minus ineptit beatus Thomas Aquinas, qui diligenter com monet apud ueteres & de autore & de au toritate epistolæ ad Hebræos fuisse dubi tatum. Porro qui de autore secundæ Petri dubitant, non erant tam stupidi, quin uide rent illic fieri mentionem de uisione mon tis, sed suspicabantur illam epistolam scri ptam abs quopiam, qui cupiebat illā legi sub nomine Petri. Id quo facilius persua deret addidisse de uisione. Eam uero suspi tionem conceperant ex phras<sup>i</sup>, eç pectore ac uigore sententiaturum, quæ partim uide bantur ad imitationem alterius epistolæ efficiæ, partim non perinde respondentes Apostolici ordinis principis maiestati.

## QUINTA EIVSDEM PROPO

**D**E Apocalypsi diu dubitatum est, nō dico ab hereticis, sed ab orthodoxis viris, qui scriptum tamen ut à spiritu san cto

XXXIII

XXXV

## 110 DECLAR. AD CENSVRAS

cto profectum amplectebantur de scripto  
ris nomine incerti.

## CENSVRA.

Liber Apocalypsis aperte cognoscitur  
à beato Ioanne Apostolo & Euangelista  
editus, tum ex Ecclesiæ usu, tū ex eiusdem  
definitione, in concilijs, Carthaginensi ter  
tio, atq; beati Gelasij, pariterq; in quarta sy  
nodo Toletana. In qua dicitur, Apocaly  
pis librum multorum conciliorum auto  
ritas, & synodica sanctorum præsulum Ro  
manorum decreta, Ioannis Euangelista  
esse præscribunt, & inter diuinos libros re  
cipiendum constituerunt. Cui quidem sy  
nodo insigni doctrina præfulgens inter  
fuit Isidorus præsul Hispalensis. Præterea  
ex eiusdem libri contextu ostenditur bea  
tus Joannes illius autor: nā in illa scriptor  
esse dicitur Joannes qui perhibuit testimo  
nium uerbo dei: quiq; ea de causa in Path  
mon insulam relegatus est: quæ profecto  
de alio à Ioanne apostolo & Euangelista  
nequeunt intelligi. Idem rursus contestan  
tur, facerrimus pater Dionysius Areopa  
gita, beati Pauli discipulus, Innocentius  
primus, Hiereneus, Iustinus, Damascenus,  
alijq;

alijqz catholici doctores et sancti viri: inter quos splendidum Ecclesiæ iubar Augustinus hoc manifeste indicat: qui alogios siue alogos inter haereticos ab ecclesia damnatos connumerat, eo quod Ioannem apostolum & Euangelistam negant Euangeliū scripsisse & Apocalypsim. Quapropter eodem modo lapsus est hic scriptor in ista propositione, ut in praecedentibus propositionibus præmissum dubium proponendo pusillis præbens offendiculum, omissa explicatio determinationis Ecclesiæ sacrorum conciliorum & sanctorum patrum.

## DECLARATIO.

In annotatione quā subiçio Apocalypsi, cōmemoro qui doctores qd de Apocalypsi senserint. Porro qui hoc opus negabant esse Ioannis Euangelistæ, aut alium fuisse Ioannem ab Euangelista credebant, aut eum qui conscripsit librum, id egisse, ut ab Euangelista scriptus uideretur, eo que locum suo instituto commodum afixisse. Si quis hoc commentum clamet absurdum, patiar hic absurdissimum uideri, modo sciat illo seculo mundum fuisse differtum libris apocryphis alienum titulum

## 112 DECLAR. AD CENSVRAS

titulum præferentibus. Idē pī quoq̄ ho-  
mines sibi persuaserant nō tantum licere,  
uerum etiam officiosum esse. Nec Augu-  
stinus inficiat eos profuisse populo Chri-  
stiano talibus figmentis, licet existimet il-  
lis abunde magnum præmium relatum,  
si ueniam fictionis cōsequantur. Alogios  
autem damnatos commemorat Augusti-  
nus, non ob id tantum quod dubitarēt de  
Apocalypsi, quum id temporis ne ortho-  
doxi quidem omnes recepissent autorita-  
tem Apocalypsis, sed quod Euangelium  
etiam illius aspernarētur, & adulterinum  
iudicarent, de quo nunquam dubitauit ec-  
clesia. Sola Toletana Synodus, si modo il-  
lius uerba bona fide recitata sunt, præscri-  
bit esse Ioannis Euangelistæ, quum Inno-  
centius tantum dicat, & Apocalypsim Io-  
annis. Sed hæc præter rem mihi dicuntur,  
quū profitear me de titulis quoq̄ credere  
quod credit uniuersalis ecclesia, cuius au-  
toritati facile meum sensum submitto, nō  
hic tantum sed in omnibus quoq̄ ceteris,  
modo ne protinus ecclesiæ sit, quicquid  
quocunq̄ modo in usum Christianorum  
irrepsit, aut cuiuis episcopo placuit. Qd'  
si tanto

Si tantopere uitamus scādalum, eradenda  
essent, quæ super his prodidit Eusebius ac  
Hieronymus. Eruditorum tacita quædam  
sunt iudicia, quibus expedit interdum uel  
licare aurem. Notatur & illud, quod præ-  
termiserim autoritatem Ecclesiæ. Hic qui-  
dem non uacabat in cursu. Atqui id facio  
in annotatiōe quam adiunxi annotatis in  
Apocalypsim. Non ubiuis omnia sunt in-  
culta. Certe quum illud tribus uerbis  
indicare eruditis, non suspicatus sum quē  
quam fore, qui hinc offendetur, neue ex-  
citaretur schisma. Si quid tale metuisse,  
prosper illa siluisse. Tametsi si quid hic  
dissidiū est, ab istis oritur potius, qui tales  
nærias exagitant ac traducunt. Cæterum  
ne quis minus autoritatis tribueret dictis  
uoluminibus, addo laudem magnificam.

T I T. XI. DE SYMBOLO APO-  
stolorum. In præfatione in Matthæ-

um. Propositio Erasmi.

S ymbolum an ab Apostolis proditum  
sit, nescio.

XXXVI  
In Sup. 52

## CENSURA.

Cum Symbolum quod Apostolorum  
dicitur, ab Apostolis editum esse & pro-  
H uulga

114 DECLAR. AD CENSVRAS  
vulgatum sit fide tenendū, teneant quoq;  
catholici doctores, Clemēs huius nominis  
primus in epistola ad Iacobum fratrem do-  
mini: Augustinus serm. 2. dominica in ra/  
mis palmarum, & in uigilia pentecostes.  
Ambrosius item & Leo primus atq; alij  
uniformiter unumquenq; Apostolorum  
quod sensit dixisse, dū illud cōderent, hec  
nescientia impietati deseruiens, scandalo/  
se proponitur.

XXXVI

DECLARATIO.

Absit ut quisquam Christianus de arti-  
culis qui Symbolo apostolorum cōtinen-  
tur ambigat, Nō enim minus illis tribuen-  
dum est, q̄ quatuor Euangelijs: tantū am-  
bigebam an hoc quod nunc habemus, scri-  
pto fuerit ab Apostolis proditum. Nam ta-  
lia illos prædicasse nemo dubitat, & pro-  
babile est illos de summa prædicationis E/  
uangelicæ inter se conferentes, in illis ac  
siimlibus capitulis consensisse, quemad-  
modum refertur in historia Ecclesiastica.  
Eodem in loco, quo uideor dubitare, tri-  
buo illi maiestatem ac breuitatem Apo/  
stolicam, recenseo inter canonicas scriptu-  
ras, & æquo Euangelijs, necq; dubito an ab  
Apo

Apostolis sit profectum: potuit enim uiua  
uoce: sed an communī omnium scripto  
per illos ad nos peruerterit. Quum enim  
tum temporis multa fortasse ferrenſ Sym  
bola, hoc discernendi gratia dictum est A  
postolicum, ut Apostolico spiritu dignū,  
ut omnium antiquissimum, ut quoniam  
autō alius non extat, probabile sit ab A  
postolis ad nos manasse. Hæc quum ubiq  
profitear, quid periculi, si quis dubitet, an  
scripto Apostolorum ad nos peruerterit?  
De eo quur dubitarē causas reddidi, qua  
rum præcipua est, quod illud Symbolum  
uarie refertur apud ueteres, adeò ut toti  
etiam articuli supersint aut desint. Nam  
& beatus Cyprianus testatur hoc Symbo  
lum in diuersis Ecclesijs haberī diuersum,  
adiectis quibusdam, quæ Romana non ha  
beret Ecclesia. Ea putat aduersus hæreti  
cos exorientes addita. Quur autē ea uarie  
tas non accidisset Romæ, geminā suspica  
tur esse causam, alterā q̄ illuc nullæ extite  
rint hæreses, alteram q̄ ibi catechumenus  
baptizandus ex more Symbolū hoc reci  
tare soleat apud populū. Admonet autē in  
Romano Symbolo non haberī hanc parti

H 2 culam

116 DECLAR. AD CENSVRAS

culam: Descendit ad inferos, quum hodie non desit in nostro Symbolo. Quanquam nec Tertullianus nec Augustinus enarras Symbolum, descensus ad inferos memine runt. Nos legimus sanctorum communio nem. Eam particulā præterit Cyprianus, ob id opinor, quod adiecta sit uelut expoenens quid sit sancta Ecclesia. Sicut nec ultimam particulam, & uitam uenturi seculi attingit quisquam horum, nec ad sanctam Ecclesiam addunt catholicam. Et Cyprianus legit, huius carnis resurrectionē: pronomen additum uidetur aduersus Origenistas. Quid quod in æditione Canonum Nicenæ Synodi, Symbolum hoc secus refertur quam hodie canitur in templis, nec longius progreditur, quam ad spiritus sancti professionem. Atqui Symbolū Niceni concilij, nihil aliud est quam explanatio Symboli Apostolici, non addens nouos articulos, sed ueteres explicans. Vnde colligitur, Credo in spiritum sanctum, fuisse clausulam Symboli Apostolici, quemadmodum finis est Niceni. Quoniam autem ob sectas dubitari posset ubi esset ecclesia, additus est articolus, in sanctam Ecclesiam, exclu

excludens omnia conuenticula hæretico-  
rum. Dein quoniam Nouatus aliquis non  
recipiebat in Ecclesiam à baptismo prola-  
psos, additum est remissionem peccatorū.  
Post quum exorirentur qui animarum re-  
surrectionem profiterentur, corporum ne-  
garent, adiectum est. Carnis resurrectio-  
nem. Rursus quum Origenistę faterentur  
nos resurrecturos cum corporibus, at non  
his in quibus nunc degit animus, in Sym-  
bolo quod exponit Cyprianus additū est,  
huius carnis resurrectionem. Ad hæc fa-  
cit, quod Tertullianus scriptor uetusissi-  
mus in libro quē scripsit aduersus Praxe-  
am recensens articulos Symboli Aposto-  
lici, quod profitetur ad nos unā cum Euau-  
gelio decucurrisse, nō aliam habet clausu-  
lam quam Symbolum Nicenū. Vnicum  
inquit, deum credimus, sub hac tamen di-  
spensatione, quam œconomiam dicimus,  
ut unici dei sit et filius sermo ipsius, qui ex  
ipso processerit, per quē omnia facta sunt,  
& sine ipso factum est nihil. Hunc missum  
à patre in uirginem, & ex ea natum homi-  
nem & deum, filium hominis & filiū dei,  
& cognominatum Iesum Christum. Hūc

H 3 passum

## 118 DECLAR. AD CENSVRAS

passum, hunc mortuum ac sepultū secundum scripturas, & resuscitatum à patre, & in cœlos resumptum sedere ad dextram patris, uenturum iudicare uiuos & mortuos. Qui exinde miserit secundum promissionē suam, à patre spiritū sanctum paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in patrem, & filium, & spiritū sanctum. Hanc regulam &c. Hic res ipsa declarat, ætate Tertulliani, credo in spiritum sanctum, fuisse clausulā Symboli Apostolici, quemadmodum & Niceni. Postremo memini me legere in commentario quopiam, licet exciderit locus, quod reliquā est in Symbolo post spiritus professiōem, à concilijs posterioribus additum esse. Obiter et illud annotādum, quod Tertullianus non appellat Symbolum apostolorū, sed regulam fidei. At si hoc qđ' hodie est in usu, fuisset ab omnibus Apostolis unanimi consensu proditum, plus illi debebatur reuerentiæ, qđ cuiuis Euangelio. Quæ fuisset autem temeritas Ecclesiarum, tali scripto uel addere uel adimere quicquam, quum id extremæ impietatis habeatur adere, uel in epistolis Paulinis. Cæterum hoc

hoc Symbolum fuisse natū ex collatione Apostolorum Cyprianus refert, sed refert ut humanam historiam. Tradunt inquit, maiores nostri. At in media narratione sic loquitur: Cautissime autem qui Symbolum tradiderunt, etiam tempus quo hæc sub Pontio Pilato gesta sunt, designarunt. Non dicit Apostoli, sed qui Symbolum tradiderunt, uelut incertus, à quibus id factum sit. Post hunc Augustinus in libro de Symbolo, nusquam appellat Apostolorum, nec dicit ab Apostolis traditum, sed magis indicat à patribus è sacris literis collectū ad memoriae subsidium. Antonius ait uniuersalis Ecclesiæ autoritate ad ditum. Porro sermones in quibus refert à singulis apostolis singulos articulos fuisse proditos, attēto lectori phrasis ipsa persuadet, non esse illius cui inscribūtur. Iam si maxime uel Augustinus uel alius quispiam hoc seu credidit, seu dedit auribus crassæ multitudinis, non arbitror ad fidei causam pertinere, præsertim quū in partitione articulorū nō consentiāt Theologi, magisq; placat partitio, quæ quatuordecim facit, q; quæ duodecim. Quod si hoc quoq; credet,

H 4 iubet

## 120 DECLAR. AD CENSVRAS

jubet Ecclesia iubens et hic meum sensum  
illius submitto iudicio. Miror autem hoc  
a facultate exigi, quod Beda non exigit.

TIT. XII. DE TRADVCTIONE  
sanctorum scripturarum in lingua vul-  
garem: Propositio Erasmi prima in  
præfatione eiusdem in Matthæum.

xxxvii

In Sup. 49

**S**Acras literas cupiam in omnes uerti-  
linguas. CENSURA.

Quamuis in quancunq; linguam uer-  
tantur sacræ literæ suapte natura sanctæ  
sint & bonæ, quanti tamen sit periculi per-  
mittere passim lectionē earum in linguam  
uulgarem traductarum, absq; ulla explica-  
tione idiotis & simplicibus eis abutenti-  
bus, nec eas pie & humiliter legentibus,  
quales plurimi nunc reperiuntur, fatis in-  
dicarunt Valdenses, Albigenses ac Ture-  
lupini: qui inde occasione sumpta, multos  
errores disseminauerunt. Quare hac tem-  
pestate, perspecta hominum malitia, peri-  
culosa ac perniciosa existit huiusmodi tra-  
ductio, loquendo de omnibus scripturæ li-  
bris indifferenter. Nec sicuti paucis esset  
utilis, propterea temere esset oīibus per-  
mittenda. In re nancj ad salutem non ne-  
cessaria

cessaria potius cōsulendum est multorum profectui ipsam interdicerido, quām paucorum utilitati eam permittēdo, cum gravitate multitudinis incommodo: unde & iure damnata est huiusmodi translatio.

## DECLARATIO.

Quā olim sacræ literæ sint in linguam vulgarē uersæ, tum enim textores & nautæ sciebant Graece & Latine, quum studiū diuinorum uoluminū Chrysostomus religiose commendet laicis, Hieronymus laudet in fēminis, qui et Dalmatīca lingua uertit sacros libros; si eò creuit hominum malicia, ut necesse fuerit illis subtrahere quod Christianus populus habet optimū, diuinorum uoluminū lectionē, uehementer profecto dolendum est. At olim monachi quoniā legebant sacram scripturam vulgata lingua proditam, cuius recōditos sensus homines imperiti non assequebantur, pepererunt absurdā hæresim Anthro-  
pomorphitarum, nec tamen ob id interdictus est usus sacrorum uoluminum, sed error correctus est. Si laici sic legerent canoniam scripturam, quemadmodū illic admoneo legendā, puto longe plus fore frus-

xxxvii

H 5 Etus

Eius quām periculi. In prīmis admoneō ut  
à pastoribus regulis ac sententijs quibus/  
dam ad intellectum earum præparentur.  
In primis autem abstineant à temeritate  
iudicandi, sed adorent mysterium, ubi non  
cōsequuntur intellectū, & ad doctos con/  
fugiant. Malint autē uiua uoce discere q̄  
lectione, nec omnino legant, nisi quū aut  
non est doctoris copia, aut quum se præ/  
parant sacræ concioni locum eum enarra/  
turæ. Legant autem sobrie, summaq̄ cum  
ueneratione, non uelut hominum sermo/  
nes, sed uelut oracula dei. Accedant sim/  
plici puraç mente, & à mundanis cupidit/  
atibus uacua, præmissa etiam precatiunc/  
ula. Hæc aliaç multa quum illuc solicite  
admoneam, sperabam fore ut illis obserua/  
tis, populus multo cū fructu, nullo pietati/  
dis crimine uersaretur in diuinis uolu/  
minibus, & qui nunc rudis est, breui doc/  
lis redderetur. Iam ut sit aliquid periculi,  
si laici legant arcanas literas, plus tamen  
periculi est, ex earum ignoratiā. Proin ubi  
cessant pastores, ibi concedo ad mutos ma/  
gistros configere. Ad hæc, quod præstat  
vox enarratoris, id præstare possunt com/  
mentarij

mentarij doctorum hominum in linguam  
uulgatam uersi. Quid Waldenses, Albi-  
genses ac Turelupini delirarint, non sum  
solicitus, nec arbitror ad me pertinere. Hu-  
ius seculi tumultum excitarunt, non laici,  
sed eruditi, quorum autoritatem sequu-  
tus est populus, quandoquidem & Ioan-  
nes Hus & Viclevus scholasticæ Theo-  
logiæ scientia ualuerunt, & Balthasar ana-  
baptismi doctor magister fuit. Luterus &  
tem & Oecolampadius scholastici docto-  
res sunt. Quicquid est hæreseon in or-  
be, totum ferè natum est uel ex philoso-  
phia, uel ex ipsis sacris literis perperam in-  
tellectis: à philosophorum librī nullus  
arcetur, à sacris literis submouemur. Qd'  
si qua constitutio pontificis aut aliorum  
præsenti hominum temeritati aliquando  
fuit opposita, non arbitror eam ad uni-  
uersam Ecclesiā pertinere, præsertim quū  
multis iam seculis habeantur sacri librī in  
linguas uulgares diuersarū gentium trā-  
lati, conniuente ad id Ecclesia.

## PROPOS.

224 DECLAR. AD CENSVRAS  
PROPOSITIO EIVSDEM SECUNDU  
da. In præfatione in Matthæum.

**xxxviii** **E**xclamant indignum facinus, si mu  
lier uel coriarius loquatur de sacris  
*In Sup. 49* literis. **CENSURA**

Recte perpensa multorum huius tem  
poris impudenti temeritate, indignum fa  
cinus existimandum est, quod idiotæ &  
simplices suo iudicio sacras literas legant,  
in suam linguā conuersas; & de illis diffe  
rant, aut disceptantes de earum difficulta  
tibus tractent. Nec tamen prohibetur per  
hoc eis conferre inter se de ijs quæ in con  
cionibus publicis audiuerunt, ad morum  
correctionem, & ad compunctionis & de  
notionis excitationem; ut magis ac magis  
in ipsis charitas accrescat, humilitas solide  
tur, atque opera carnis mortificantur.

DECLARATIO.

**xxxviii** **H**ic nihil est quod contra me facit. Fa  
tentur illi licere laicis ad excitandum pie  
tatis studiū conferre inter se de his, quæ  
audierunt in concionibus, et ego simul cu  
illis detestor eos, qui quum sint idiotæ sa  
cras literas suo iudicio legunt, ac de diffi  
cultatibus non necessarijs disceptant.

PROPO

## PROPOSITIO EIVSDEM TERTIA, XXXIX

In præfatione in Matthæum,

**M**E autore sacros libros leget agrico  
la, leget faber, leget latomus.

Ibidem.

## CENSURA.

Testantur sacra eloqua simplices esse  
tanquam paruulos, quibus autore Paulo,  
lacte opus sit. Non enim solidam adhuc  
escam ferre ac digerere possunt. Perfecto-  
rum siquidem solidus est cibus, eorum qui  
pro ipsa consuetudine exercitatos habent  
sensus ad discretionem boni & mali. Qua-  
propter non est medium aptū huiusmodi  
simplicibus quod indiscriminatim quos-  
uis sacros libros legant in linguam uerna-  
culam translatos: sed conuenientissimum  
eis medium Ecclesia constituit, auditionem  
uerbi dei, & frequentationem prædicatio-  
num eius. Nec eis obiter interdicit usum  
quorundam sacrorum librorum, qui cū ex-  
plicatione conuenienti ædificationi morū  
sint accommodi; si sic tamē tales libri ab  
ipsis legantur pie ac sobrie, citra supercili-  
um & arrogantium, ut non inde contem-  
nant prædicationes, nec à crebra uerbi dei  
auditione retrahantur. Proinde hæc pro-  
positio

1. Cor. 5

Ad Hebr. 5

116 DECLARAT. AD CENSVRAS

X  
positio absq; præscripto moderamine posita sui assertorem sanæ doctrine non satis consentire demonstrat.

DECLARATIO.

XXXIX Consentimus &c hic. Illi permittunt ut libros arcanos legant laici, sed sobrie & cœtra supercilium, nec aliter ab ullis legi uel lim. Nec ea propositio illuc proposita est absq; moderamine, sed sic proposita est à referendarijs. Nam ego ut ante dixi, cum multo moderamine permitto illis lectiones sacrorum uoluminum, & à lectione iubeo abstinere, quoties datur doctoris copia, nec illuc loquor indistincte de quibuslibet sacris uoluminibus, sed de nouo testamento & Euangelijs. Id liquet ex eo quod dico: Si hos non submouit à sua uoce Christus, nec ego submouebo eos ab illius libris. Mox transeo ad uetus testamentum: Inter ueteris inquam, testamenti libros sunt nonnulli à quibus sit quur arceas idiotas, qualis est Ezechiel & Canticum sponsæ. Significans horum lectionem non perinde conuenire laicis. Quos haud aliter permitto legendos, nisi ut laici instructiores ueniant ad sacras conciones, & libenter

tius audiant in quibus agnoscant aliqua,  
& facilius intelligat quorum iam gustum  
qualemcumque perceperunt. Olim enim  
Ecclesiastae prophetas etiam enarrabant  
promiscuae multitudini. Nec suadeo laicis  
huiusmodi uoluminū lectionem, sed aio,  
non interdixero, uerbum subiunctiū mo-  
di, usurpans pro potentiali. Subauditur e-  
nīm conditio, si uideā illos huc profecisse,  
aut aliud simile. Ac mox recedens ab eo  
quod attigeram de libris ueteris testamen-  
ti, reuoco ad libros noui testamenti: quan-  
quam inquiens, in libris Euangelicis diui-  
na sapientia se mire demittit ad captum in  
firmorū, ut nemo tam indoctus esse possit,  
quin ad Euangelicam doctrinam sit docis-  
lis. Fateor autem in Christiano esse gra-  
dus ætatum, sed non conuenit ut Chri-  
stiani semper maneāt infantes. Et quibus-  
dam laicis adest mira ingenij uis, nec deest  
afflat⁹ arcani spiritus, qui s̄a pe referat ea  
paruulis, que coelat sapientes. Atq; ut sint  
in populo Christiano quos merito infan-  
tes dixeris, totū tamē populum pro infan-  
te habere contumeliosum est in gregem  
Christi, qui domini sui spiritū hausit, absur-  
dum

dum etiam illi perpetuam infantiam tribuere. Et uerum est scripturam habere lac quo foueat infantiam incipientium, sed ea dem scriptura lac est infirmis, & solidus cibus prouectioribus. Itaq; qui tollit scripturam, nec lac præbet, nec solidum cibum.

PROPOSITIO EIVSDEM QVARTA. In eadem præfatione.

XL  
Ibidem.

**N**eque Ezechielis prophetæ, neque Cantici canticorum aut cuiusquam librorum ueteris testamēti lectionem ulli hominū interdixero.

## CENSURA.

Cum sedis Apostolicæ decreto multorum talium librorum lectio laicis iam pridem interdicta sit, & eruditis in lege domini apud Hebræos grauium autorum sententia prohibita fuerit lectio dictorum librorum, atq; primi capititis Geneseos: ante annum ætatis tricelimum, prædicta propositio temerarie et impudenter asseritur: quandoquidem eadem subest causa inhibendi talium librorum lectionem, quæ superberat quando decretum Innocentij tertij super his constitutū est, cuius fragmentū refert de hæret. in authentica cū ex iniunctio-

DECL

## DECLARATIO.

Mea uerba sic habēt, nec horum tamen  
lectionem cuiquam interdixero. Suspense  
loquor, ac de meo sensu; si penes me esset  
autoritas, & si uiderem id expedire pluri-  
bus. Itaqe facile latussum, si Ezechiel et  
Canticum canticorum interdicatur laicis,  
& si hoc postulat hisce temporibus homi-  
num malicia, non refragabor pontificum  
aut Romanæ sedis cōstitutionibus. Quan-  
quam interim hæc hodie & recitentur &  
canantur in templis audiente populo, in  
quo multi sunt qui latine norunt, quum  
Theologæ nō minus sint imperiti, quam  
quiuis opificum.

XL

PROPOSITIO EIVSDEM. IN EA/  
dem præfatione Quinta.

Indecorum uel ridiculum potius uide-  
tur quod idiotæ & mulierculæ psitaci  
exemplo psalmos suos et precationem do-  
minicam immurmurant, cum ipsi quod  
sonant, non intelligant.

XLI

## CENSURA.

Hec propositio simplices idiotas & mu-  
lierculas ab oratione vocali iuxta ritum  
& consuetudinem Ecclesiæ perperam re-  
I trahens

trahens, ac si inutilis sit, nisi ab eis intelligatur, impia est & erronea, uiam præbens errori Bohemorum, qui officium ecclesiasticum in idiomate uulgari celebrare conantur. Alioqui in lege ueteri indecorum fuisse & ridiculum, simplicem populum ex dei instituto ceremonias legis obseruare, quas non intelligebat: quod assérere est in legem et eius latorem deum, blasphemum & hæreticum. Neq; enim per uerba orationis solū prætendit Ecclesia, ut serie uerborum illorum erudiamur, sed ut eius finis conformando, ueluti ipsius membra, diuinās laudes pronūciemus, debitas gratiarum actiones persoluamus, & nobis ne cessaria imploremus. Vnde propter tales orantium intentionē, dei munere affectus inflammatur, intellectus illuminetur, humana inopia subleuetur, atq; gratiē & gloriæ fructus comparetur. Quæ certum est orantes, per tales orationes uocales, quamuis uerba nō intelligant, prætendere. Quē admodum legatus, & si uerba domini sui non capit, illa tamen iuxta mandatum domini sui referens, gratum impendit obsequium & domino, & ei ad quem mittitur.

Multæ

Multæ similiter prophetiæ in Ecclesia cantantur, quæ quamvis à multis cantantibus non intelligantur, plurimum tamen utilis est & meritoria earū pronunciatio & cantus. Diuinæ siquidem ueritati quæ illas docuit ac reuelauit, eas cantando gratum obsequium exhibetur. Per quæ sane constat, non in sola uerborū intellectione fructum orationis consistere. Perniciosum quoque esse errorem existimantium, solum ad erudiendum intellectum fieri orationem uocalem: cum præcipue fiat talis oratio ad inflammandum affectum: ut pio & deuoto animo in deum, modis prædictis se erigendo, mens reficiatur: & obtinendo quæ petit, sua intentione nō frustretur: mereatur itidem intellectus illuminationem, quemadmodum & alia utilia aut necessaria: qui nimirum fructus longe ubiores sunt, q̄b sola uerborum intellectio: quæ absq; excitatione affectus in deum, parum affert utilitatis. Quod si cōtingeret psalmos in lingua vulgarem traduci, nō propterea eorum sensum simplices & idiotæ plene perciperent.

DECLARATIO.

Hic sermo aliquāto secus refertur quām

I z à me

XL I

à me positus est; neq; enim simpliciter pronuncio ridiculum esse, quod mulierculæ psalmos latine sonant, sed hoc potius uidetur indecorum, ac ridiculum etiam, quam si quis lingua sibi nota sonet precationē dominicam aut psalmos. Comparisonem oppono contra disputantí, ut aut desinat damnare quod damnat, aut id quoq; damnnet, quod uidetur absurdius. Verba mea sic habent: Quur indecorū uidetur, si quis quam sonet Euangeliū, ea lingua qua natus est, & quam intelligit: Mihi magis indecorum uel ridiculū potius uidetur &c. Pius affectus omni quidem in re probandus est, sic quum populus assurgit Euangilio, compositus ad religionem, quanq; Euangelij uerba non intelligit, tamen affectus ille pious deo gratus est. Optandum tamen esset, ut omnes, quæ recitantur intelligerent. Simile est quod adferunt de Iudeorum ceremonijs, quarum mysteria uulgaris non intelligebat. Sed Iudæi iubebātur illa seruare. Cæterum quis præcepit, ut mulierculæ, psalmos aliasq; preces sonent latine, si non intelligent, quum eadem possint dicere Gallice? Excusatur pious affectus, facteur

teor. At nō omnes illa sonant pio affectu,  
sed pleraq; muliebri quadam gloria, aut  
ineptia nonnunquam uocibus suis obstre-  
pentes ipsi sacrifico. De cultu solemni nō  
loquor. Narrant de pastore quodam uehe-  
menter rudi, qui quū nihil aliud sciret, sin-  
gulis diebus ter conto transiliebat riuum,  
idē in honorem patris, filij, & spiritus san-  
cti. Hunc rudissimi hominis cultum deus  
boni consuluit, sed ineptum sit, ad hoc ex-  
emplum uocare cæteros. Nec semper sa-  
cra sunt quæ recitant mulierculæ. Interdū  
ineptæ sunt næniæ. Si quis illis apogorum  
Aesopi supponat, pius error erit nō ingra-  
tus deo, nec id tamen protinus approban-  
dum est. Nunquam autem audiui esse con-  
suetudinē Ecclesiæ, ut mulierculæ in tem-  
plis orent latine, sed hoc irrepsit in mores  
quarūdam gentium, quemadmodum alia  
plurima. In Italia tale nihil uideas. Et in æ-  
de pontificia ne uiris quidem permittitur  
habere preculas priuatas, Olim enim to-  
tus popul⁹ orabat uoce sacerdotis, & quo-  
niam intelligebat uerba orantis, responde-  
bat Amen. Huius antiquitatis uestigium  
adhuc tenet Romana ecclesia. Ut autem

I , mini

minimū tribuerem uerbis sine intellectu  
pronunciatis, docuit me beatus Paulus,  
qui mauult quinque uerba loqui in sensu  
suo, quām decem milia in sp̄itu: & in spi-  
ritu loquentem comparat tubæ incertam  
edenti uocem, comparat cymbalo frustra  
sonanti. Et tamen illic Apostolus agit de  
his, qui quod sonabant ipsi quidem intelli-  
gebant, sed sonabant non intelligentibus.  
Proinde si Paulus p̄ie facit, quod loquen-  
tes linguis, hortatur ad prophetiam, quid  
ego pecco, si mulierculas haud quaquam  
auoco à pietate, sed reuoco ad id quod ad  
pietatem uidetur accommodatius? Nec  
usquam docui, solum intellectum suffice-  
re in recitandis psalmis, sed nimium ab/  
sunt ab affectu, qui ne intelligunt quidem,  
quæ lingua personant. Et ideo uolo acce-  
dere intellectum, ut per eum inflammetur  
affectus. Si sacræ, inquiunt, literæ uertan-  
tur in linguam populi, non tamē illico lai-  
ci sunt intellecturi. Fateor, nec omnia, nec  
ad plenum, multa tamen intelliget, præser-  
tim exercitatus. Et habet scriptura suum  
lac quo souet teneram etatem, atq; eadem  
habet solidum cibū ubi profeceris, in qua

ut

ut pius quidam eleganter dixit: Natat elephantus, ambulat agnus. Multi recitant in templis sacros libros, quos inquiunt, non intelligunt. Atq; id sane fatemur esse uerum, sed cum gemitu. Quod ea lingua sonant, quam uulgaris non intelligit, fortassis obedientia est: quod uerba non intellecta, tamen reuerenter sonant in gloriam dei, cum generali pietatis affectu, bonus gratus est ad perfectiora. Multum enim profecit, qui amat ea, quae sunt religionis. At qui non dant operam ut intelligent, quum adsit ingenium, ocium, et facultas, eos probare non possum. Hic igitur, ni fallor, idem sentimus: nec video quid hinc periculi sit Christianæ religioni, si mulierculæ parentur lingua uernacula, aut certe intellecta: si pio affectu sonant, quae non intelligunt, magis pio sonarent intellecta. Sed quid omnino opus est eas sonare in Ecclesia, quum pars meriti videatur, si quae canuntur ac recitantur, eodem affectu auscultent non intellecta, quo sonant non intellecta, aut si spectent ceremonias aliqua ex parte intellectas.

TIT. XIII. DE IIS IN QYIBVS  
à communi usu ecclesiæ Latinæ para-

**XLII****A****Luc. 2****E. Ioan. 1****B**

phrastes recedit in suis paraphrasibus.  
**I**N hominibus bona uoluntas. Pro, ho-  
minibus bonæ uoluntatis. Antequam  
hæc uniuersitas rerum cœlestium ac terre-  
strium conderetur, iam cum patre æterno  
sermo erat æternus. Utitur dictione Ser-  
mo, cum utamur dictione Verbum, expli-  
cando illud, In principio erat uerbum.

**DECLARATIO AD PROPOSITIO-**  
nes aliquot ob nouitatem notatas.

**XLII****A**

Si secus recitarem in templis quām pub-  
licus habet usus, aut si nouam scripturam  
inducerem in codices publico iā usu pro-  
batos, iure fortassis oriretur offendio. Nūc  
si quid nouo in opere priuatim legendo à  
doctis, nullam uideo offendionis causam.  
Si Græci constanter legunt, bona uolun-  
tas, si sensus uerborum est pius, si à priscis  
Ecclesiæ doctoribus ostensus, quid cōme-  
ritum est, si in paraphrasi sequor id quod  
mihi uidetur probabilius & ad Euangeli-  
cum uigorem accommodatius?

**B**

De sermone usurpato pro uerbo, pecu-  
liari libello non indiligenter respondi, de-  
clarans

clarans olim Ecclesiam promiscue legisse:  
In principio erat sermo, & In principio erat uerbum: eamque uocem pro uerbo sic esse frequentem apud ueteres ac recentiores doctores, atq; hodie quoq; in cultu ecclesiastico, dū canimus: Omnipotens sermo tuus domine de regalibus sedibus uenit, ut nulli docto debeat uideri noua. In uerbis Tertulliani quæ supra recitauit sermo dicitur filius, pro uerbo

C  
**T**Res sunt in cœlo qui testimonium præbent Christo, pater, sermo, & spiritus. 1. Ioan. §  
 Atq; horum trium summus est cōsensus.  
 Nos uero legimus: Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, uerbum, & spiritus sanctus: & hi tres unū sunt. Perperam autem explicat partem illā paraphrastes, hi tres unum sunt, detrahendo maximo testimonio fidei de unitate substantiæ in tribus personis, ansam præbens defensionis erroris Arrij.

## DECLARATIO.

C  
 De triplici testimonio, respondeo in annotatione super eum locum. Respondi & peculiari libello cuidam tyrologo. Sed qui hinc meum sermonem facultati obtrusebunt, parum bona fide rem gesserunt. Para  
I S phrasis

phrasis enim expresse ac dilucide utrumq; profitetur, & eandem naturam in tribus personis, & summum in testimonio consensum. Quod si alterutrum negare sit impium, & ego utrumq; profiteor, quid est quod reprehendor? Verba paraphrasis sic habent: Quoniam & spiritus ueritas est, quemadmodum pater & fili<sup>9</sup>, una est omnium ueritas, quemadmodum una est omnium natura. Tres sunt enim in cœlo qui testimonium præbent Christo, pater, sermo, & spiritus, atque horum trium summus est consensus. Ario qui dico fauere qui tam euidenter profiteor quod ille negat. At ueteres Græci Latiniq; qui a cerrime depugnarunt cum Ariana secta, hoc testimonio aduersus eam usi nō sunt, uel quod eam particulam illorum codices non haberent, uel quod perspiceret hic de testimonio fidei agi potius quam de eadē natura. Sed Augustini temporibus Latini quidam cœperunt hoc telum torquere in Arianos. Hic nescio an hac lege teneamus, ut si quid in scripturis interpretatus est Ambrosius, Augustinus aut Hieronymus, nephas sit nobis secus interpretari. Atqui

Atqui hoc s̄æpenumero fit à Theologis recentioribus, ut ueterū interpretationem reijciant. Porro quum extra cōtrouersiam sit, hic agi de fide testimonij, quæ potissimum consistit in consensu testium: consensus autem confirmatur eiusdem natūræ prædicatione, nec semper unum sonet eandem essentiam, quando legimus credentibus fuisse cor unum & animā unam, huius loci testimonio nō urgebunt Ariani: quibus si obijciamus, Ecclesiā hunc locum sic interpretari, non recipiunt illi Ecclesiæ autoritatem, & apud se dicunt esse Ecclesiam. Hic igitur iure queri possem de calumnia, quod locum truncum ac multum proposuerunt facultati sacratissimæ.

**D**esignauit dominus è numero discipulorum septuaginta: ubi septuaginta duos legimus. **DECLARATIO.**

In annotatione declaro Græcorum codices et interpretes, consentire in septuaginta, uidelicet Cyrillum, Theophylactum, Dorotheum, & Eusebium, & his assentiri Ireneum, Ambrosium, & Hieronymum, ut probabile sit Augustino fuisse codicē mēdosum quem alij sequuti sunt

140 DECLAR. AD CENSVRAS

Sunt. Talium virorum autoritatem sequitur non video quur debeam reprehendi, si id malum ponere quod erat germane lectio-  
nis, quam quod mendo irrepserat. Neque enim negari potest Ecclesiam publicitus legere quædam depravata, quæ corrigere non est contumelia in Ecclesiâ, sed officium.

**E** **LUC. 15.** **V** Nus è discipulis, cui nomen Cleophas: Legimus autem Cleopas.

DECLARATIO.

**E** **1.** **V** trum posuerim Cleophas an Cleopas nondum mihi liquet, nam utrumlibet dicere soleo si ueniat in buccam. Nec unquam cum quoq; super hac re uerbū comutaui. Illud constat, ab Euangelistis constanter scribi Cleopas. Germanus quispiā opinor addidit aspirationem. Quanquam error est in censura, quæ præpostere dicit me posuisse Cleophas, quum ipsi legant Cleopas. Sit hæc Amanuensis incuria cui utinam liceat imputare omnia quæ uix excusari possunt.

**F** **1. COR. 11.** **H** Oc est corpus meum, quod pro uobis frangetur: Vbi nos legimus. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur.

## DECLARATIO.

In paraphrasi potissimum sequut<sup>9</sup> sum fidem Græcorum codicum, presertim ubi nostris uidentur emendatores. Quod autem hic pono, constantissime habetur in Græcorum exemplaribus, & enarratur ab orthodoxis interpretibus: ac ne putemus eam lectionem tantum fuisse apud Græcos legit idem diuus Ambrosius. Eandem lectiōem refert Beda monachus enarrans hunc locum. Quod si usq; ad tempora Bedæ Ecclesia legit frangitur siue frangetur, uidendum est, utrum scribarum errore, an autoritate studioq; maiorum factum sit, ut nos legamus tradetur. Quanquā in utroq; uerbo idem est sensus. Quin & Thomas Bionensis Card. Cajetanus, citans hunc locum utrancq; ponit lectionem, quasi non referat, utrum legas.

**S**i hunc uelim manere donec ipse ueniam, quid id tua refert? Nos uero legimus, Sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te?

Ioan. ult.

## DECLARATIO.

In annotatione doceo, particulam si, nō posse intelligi ex uerbis Euangelistæ, atq; adeo

adeò pugnare cum sensu. Doceo hic esse summū consensum græcorum codicum, & Orthodoxorum interpretum, Cyrilli, Chrysostomi, Theophylacti. Doceo idem legere Hieronymum, Postremò doceo in uetustis codicibus latinis, unde olim in tē plis recitabatur Euangeliū, etiam nūm haberī lectionem incorruptam. Augustino uero imposuit codex mendosus, quod illi non hic tantū accidit, quemadmodum aliquot locis indicauimus. Quid igitur flagitijs, si p̄ deprauata lectione reposui quod scripsit Ioannes, quōdque quondam legit Ecclesia tum græcorum tum latinorū? Et probabile est sic legisse, quos nobis timandos proponunt, Gregorium, Leonem, Hugonem, nisi forte hi dū religiosius Augustini sequūtur autoritatem, ad eundem lapidem impegerunt.

H. Sup. 219. **D**O CUI UOS QUOMODO REDIUIUUS MUL-  
TIS SE CONFICIENDUM PRÆBUERIT, P̄T  
MŪ CEPHÆ, DEINDE DUODECIM ILLIS. PONIT  
DUODECIM CUM LEGAMUS UNDECIM.

## DECLARATIO.

Græci magno cōsensu legūt duodecim pro undecim, & interpretant qđ legūt, no minatim Chrysostomus ac Theophyla-

clus: nec dubitandū est, quin idem legant  
 cæteri græci. Apud latinos Augustinus,  
 quanç̄ is fatetur in nonnullis latinorum  
 codicibus pro duodecim haberi undecim,  
 sed suspicat̄ aliquos perturbatos hoc scru-  
 pulo, q̄ Iudas Iscariotes abiens in locū su-  
 um minuisset apostolorum numerū, emē-  
 dasse locum hūc, hoc est corrupisse. Chry-  
 sostomus explicat nodū hoc commēto, q̄  
 credendum putet, dominū etiam Matthiæ  
 in Iudæ locū subrogato apparuisse. Vero  
 proprius est, ut et argutius, qd' refert Augu-  
 stinus: eo sermone nō numeratos singulos  
 apostolos, sed illū numerū primū à domī  
 no consecratū esse designatū: quemadmo-  
 dum centūri, dicunt̄ centumūri, etiam si  
 quo casu cōtingat, aliquem ei numero de-  
 esse. Subscribit Augustino beat⁹ Thomas  
 his quidem uerbis. Augustinus docet, q̄  
 debet dicere duodecim, sed corruptum est  
 uicio scriptorū. Ad id facit articulus τοῖς,  
 quem quū exprimat Ambrosius dicens,  
 illis undecim, uerissimile est et illum legisse  
 duodecim, & locum à scribis deprauatū.  
 Nam undecim nullum significat numerū  
 à domino consecratū in apostolis. Illis aut̄  
 duo

duodecim, perinde sonat quasi dicas, illis  
qui erant de numero duodecim, quos do-  
minus primum elegit apostolos. Quum  
igitur haec lectio cōstanter habeatur apud  
Græcos orthodoxos, quum probabile sit  
quod suspicatur Augustinus locum à stu-  
dioso quopiam deprauatum, quū ita scrip-  
tum sit ab Apostolo græce, quum idem  
legerint ueteres Latini, quum neuter sea-  
sus improbetur Augustino, quum quod  
Græci legunt magis approbet, Puto nullā  
esse factam iniuriam Ecclesiae, si sequutus  
magnorum uirorum autoritatem, id posui  
quod magis probabatur. Sed nos inquit,  
aliud legimus. Si hac uoce territant nos,  
non erit phas mendas è publica lectione  
tollere. Legimus in Psalmo: Sitiuit anima  
mea ad deum fontem uiuum, quum apud  
Hebræos & Græcos sit fortē uiuū, Hu-  
ius generis non pauca deprehenduntur in  
publica lectione. Et fortassis in libris Ro-  
manis emēdationibus secus legitur, quam  
uulgo legunt Galli. Deniq̄ fieri potest ut  
Alcuinus & Rupertus legerint quod le-  
git Augustinus. Si dixerint, oportuit ex-  
plicuisse scrupulum in paraphrasi, Quum  
ibi

ibloquar sub persona Pauli, utramq; lectionem recensere non potui, scrupulum tamen qua licuit discussi, loquens hunc in modum. Deinde conspectus est discipulis omnibus, nō tantum illis duodecim à quibus primum ortum Apostoli cognomen in plures derivatum est. Rursus quum addo articulum, illis, Reliquū expedio in annotationibus.

**N**on omnes morituri sumus, cum fortasse dies ille aliquot nostrum uiuos deprehendet; sed tamen omnes immortali tatis gloria immutabimur: qui hic pietatis studio quodammodo meditamus immortalitatem, abstinentes à peccati contagio. Ex his in paraphrasi positis, patet Erasmū legere. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur. Nos uero contra legimus: Omnes quidem resurgent, sed non omnes immutabimur.

I  
In Sup. 222  
1. Cor. 15

## DECLARATIO.

Ad hunc locum respondi Leo, & alteri cuidam peculiarī libello, præterea in annotationibus, postremo Bedæ, & hæc obijicitur, quasi nihil omnino responsum sit. Illuc demonstro, Græcorum codices con-

K stanter

stanter habere quod lego. Ad hæc sacros Ecclesiæ doctores, Ambrosiū, Augustinū, Chrysostomum, Theophylactū, Origenē, Tertullianum, Scholia sten omniū epistolarum Pauli, quem isti pro Hieronymo recipiunt, deniq; & Petrum Lombardum fuisse in hac sententia, ut aut sequerentur lectionem, quā ego sequor in paraphrasi, quæ mihi uideſ germana, aut putarēt esse liberum utramuis sequi. Id Augustinus aperte prædicat in libris de dogmatibus ecclesiasticis, & repetit Dulcicio respondēs, quæſtione.3. Refert & beatus Thomas utramq; lectionem, neutram improbās. Eodem citante Diuus Hieronymus ad Mineium testatur resurgendi uerbū quod hic nostra habet æditio, nusquam esse in græ corum codicibus. Vnde probabile est eū locum fuisse mutatum abs quopiam, qui non animaduertit illic Paulū loqui p̄prie de resurrectione piorū. Nec usquā tamen erasi scripturā in uulgatis codicibus. Tantum in paraphrasi interpretor, qđ habuit antiquitas, quodq; magis congruere uide tur sensui Paulino, idq; citra iniuriam uulgatæ apud Gallos lectionis.

Germana

**G**ermana coniunx, pro germane com. K Sup. 229  
**G**par. Solomon pro Salomon. Pa. L M  
 racletus, pro paraclitus Seruator, pro. N  
 Saluator. Caparnaum, pro Capharna-  
 um. Spiritus fatidicus, ubi solet dici,  
 Spiritus propheticus. Bethesda, pro Beth-  
 saida. Bethabara, pro Bethania. Me-  
 lite, pro Mitylene.

## CENSURA.

In his & alijs eius generis non paucis,  
 latinis hominibus scribens paraphrastes,  
 temerarie ab usu communi Ecclesiæ Latini  
 næ recedit: quem seruare debuerat, uesti-  
 gij inherendo præcedentium patrum La-  
 tinorū: Gregorij, Leonis, Prosperi, Cassio-  
 dori, Isidori, Bedæ, Alcuini, Haymonis,  
 Rabani, Anselmi, Bernardi, Ruperti, Hu-  
 gonis ac Ricardi de sancto Victore, &cæ-  
 terorum: qui suum semper iudicium Ec-  
 clesiasticæ consuetudini, ut humilis sua-  
 debat charitas, accommodarunt atq; sub-  
 miserunt: nihil attentare ausi, unde quo-  
 quo modo posset Ecclesia perturbari. Pro-  
 eximia siquidem sua sapientia norant uiri  
 illi eruditissimi, q; post incōparabilē beatitudo  
 Hieronymi in sanctis scripturis laboreim,

uetustus Ecclesiæ Latinæ usus magno eru-  
ditorum consensu tot seculis probatus, &  
præclaris catholicorum doctorum cōmen-  
tarijs illustratus, latinis hominibus pro le-  
ge habendus esset, & norma loquendi in  
sacris eloquijs: neq; per hoc græcis & he-  
braicis literis quicquam detraheretur, sed  
suus cuicj mos & ordo seruaretur.

## DECLARATIO.

**K** Primum constat græcas uoces exprime-  
re sensum, quē usurpo in paraphrasi, con-  
stat Clementem in hac fuisse sententia, ut  
crederet Paulo fuisse uxorem, nec defue-  
runt qui hunc locum de uxore interpreta-  
rentur: Clemens autem id maxime potuit  
scire, quippe uiuens Apostolorum tempo-  
ribus: nec aduersatur pietati, si Paulo de-  
mus uxorem, quum creditum sit Petro to-  
tius Ecclesiæ principi fuisse. Recentiores  
autem studio castitatis nituntur Paulum  
inter uirgines, aut certe coelibes ponere.  
Ego sequutus sum quod videbatur sim-  
plius, sed in paraphrasi duntaxat, que ne  
quaquam in hoc scripta est, ut recitetur in  
templis: putet aliquis me hoc dixisse in cō-  
mentarijs, neque enim aliter accipi debet,  
quod

quod dixi in paraphrasi.

Solomon vocatur ab Euangelistis, nec infi-  
cior tamen recte dici posse Salomonē,  
nec cuiquā fui molestus qui Salomonem  
maluerit dicere quām Solomonē. Et ipse  
cum libet appello illū Salomonem. Idem  
respondeo de paracletus. Qui dicit para-  
cletus penultima circumflexa, dictionem  
græcam latino accentu pronunciat. Qui  
dicit paraclitus, secunda acuta, dictionem  
græcam, græco accentu sonorē pronun-  
ciat, nisi quod græca dictio non recipit i la-  
tinum, quo si utaris, magis sonat, qui defle-  
cit à recto, Sin scribas per y, sonat homi-  
nem sinistræ famæ. Iam si placet accentus  
græcus in recto casu, uariandus est iuxta  
Græcorum regulas, in cæteris casibus, pa-  
racliti paraclito paraclitum. Itaq; simpli-  
cius est in his seruare accentum latinū qui  
perpetuus est. Et tamen si cui magis arri-  
det paraclitus, nihil obsto.

Seruator absq; dubitatione latina uox  
est, apud probatos autores frequenter usur-  
pata, pro eo qui dedit salutē. Saluatorem  
non inuenio, uellem aut inueniri. Nemini  
tamen uerbo molestus fui, qui malit salua-

K, torem

L M

N

## 150 DECLAR. AD CENSVRAS

torem, quomodo et ipse frequenter loqueretur. Erat autem illud propositum in paraphrasi, ut sermo esset purior, quatenus pateretur scripturæ maiestas, & idiomatum proprietas. Si recitarem in cœtu assueto audire fatus, dicerem saluatorem.

Fatidici uocabulum mihi semel aut ad summum bis excidit, ne quis existimet me perpetuo uice spiritus prophetici, dicere spiritum fatidicū. Vocem ethnicam accommodauis ad rem sacram, nihilo grauius peccans opinor, & qui pro prophetis dicat uates, & pro prophetijs uaticinia. Propheta propriæ non dicitur nisi qui prædicit futura, at spiritus fatidicus plura complecti uidetur. Proin ad exprimendum afflatum illum arcani spiritus usurpauit uocem ad id accommodam.

In Bethesda pro uoce, quā ostendi probabiliter in latinis codicibus esse depravat, reposui quam incorruptā adhuc servuant græcorum codices, quāmque apud eosdem tenet probati doctores. Pro nobis facit etymologia uocis hebreicę pecualis, quæ cōgruit cū dictione probatica, quam posuit Euangeliſta. Idem dicendum est de Bethia

Bethania & Bethabara , quod deprauatum videbatur, ex græcorum uoluminum & doctorum autoritate restituimus. Sicut ex Mitylene fecimus Melitam, aliaq; huius generis permulta. Mendas enim quas inuehunc uel scribæ, uel sciolí, nunquam existimauit ad Ecclesiæ consuetudinē pertinere. Ecclesia ni fallor, cupit suos codices esse quam emendatissimos. Quod si Ecclesiæ ascribitur, quicquid canitur aut recitatur in templis, multa illuc interdum & dicuntur, & fiunt inepta. Quid quod ipsa Ecclesia uariat in multis, nec statim est uniuersalis Ecclesiæ quod Parisijs legitur caniturue. Olim timeri poterat perturbatio, si quis in publica congregacione induxit lectionem, diuersam ab ea cui populus assueuerat. Nunc quum priuatis libris inter eruditos res geratur, intacta lectione publica , unde quæso totius Ecclisiæ perturbatione Bellum uero, si quum de synceritate lectionis agitur, quæ ex Hebraeorum Græcorumque fontibus & ex ueterum interpretatione petenda est, iubemur Haymones, Anselmos, Rupestros & Hugones sequi.

Quanquam & in illorum quoqz scriptis  
interdum deprehendimus, lectionē diuersam ab ea à qua isti nolunt nos recedere;  
atqz adeo quid si in illorum monumentis  
frequenter habetur non quod ab illis scrip-  
tum fuit, sed quod à scriba depravatum?  
Compertissimum etiam est, pertinax &  
inauspicatum olim fuisse studium scribis,  
in uetus autoribus, omnia scripturarum  
testimonia mutandi ad saliuam uulgatae  
lectionis, quam imbiberant. Iam quod pre-  
scribunt, post emendationem Hieronymi  
non esse phas ab usu Ecclesiæ recedere,  
Primum apud eruditos controuersum est,  
an uetus testamētum habeamus ad emen-  
dationem Hieronymi. Magis etiam ambi-  
gitur de nouo. Sed ut sit extra controuer-  
siam utruncz, quur post Hieronymi labo-  
rem audet Ecclesia canere, ab illius emen-  
datione discepantia, quur non est idem in  
omnibus Ecclesijs usus? Quur qui tot se-  
culis post Hieronymū scripferant, audent  
alijs uerbis citare scripturam? Quur recen-  
tiores audent citare uariam lectionem? O/  
portuit enim reijcere, quicquid à uulgata  
diuersum est. At quis tandem usus erit, he-  
braicarum

braicarum aut græcarum literarum, si ne-  
fas erit hinc corrigere, quod in nostris co-  
dicibus deprauatum est: Ante Hierony-  
mum licuit in sacris uoluminibus aliquid  
uel emendare deprauatum, uel eruere re-  
trusum, opinor & post Hieronymū id stu-  
dium esse pium.

T I T. X I I I I . D E Q V I B V S D A M  
propositionibus quæ positæ uidentur ex  
inaduertentia uel paraphrastæ uel ty-  
pographorum. Propositio

Prima. Matth.<sup>2</sup>

**C**hristus Hierosolymæ circuncisus est. **X L I I I**  
CENSURA.

Remouenda dictio Hierosolymæ.

Propositio Secunda. Matth.X.

Quinto loco nomina Apostolorum e-  
rant, Iacobus Alphei filius, una cum Iuda  
Iacobi filio. **CENSURA**

Pro filio dicendum fratre. Non enim Ius-  
das Iacobi filius fuit, sed frater.

Tertia Propositio Luc.II.

Cū adesset dies à partu quadragesimus-  
secundus, quo lex masculinum foetum in-  
bet exhiberi domino.

**K 5 CEN**

## CENSURA.

Deponenda est dictio secundus. Iuxta legem enim masculus in templo debuit domino offerri quadragesimo die à partu, non quadragesimo secundo.

## Propositio Quarta Luc. II

Cunctis tandem rite peractis, quæ ad purificationem præscripserat lex, reuersi sunt in Bethleem, ubi natus erat puer.

## CENSURA.

Bethleem positum est pro Nazareth, nec addi debuit, ubi natus erat puer; cum ita scribat Lucas. Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth.

## Propositio Quinta Luc. III

Naaman Syrus ter mergi in Jordane ob temperauit. CENSURA

Ter dixit, cum septies ab Heliseo mergi iussus sit.

## Propositio Sexta Matth. XXVII

Cæteris quidem digressis perseuerarunt illuc duæ, Maria Magdalene, et altera quædam è regione sepulchri. CENSURA

Substrahendū est illud, cæteris quidem digressis, cum monstret Lucas alias mulieres ab istis duabus monumentū inuisiſſe.

Propositio Septima Ioan. I  
Philippus professus est eadem de Christo,  
sto, quæ postea Petrus professus est.

## CENS V.R.A.

Pro Philippo reponendū est Nathanael.  
Nec tamen omnino eadē de Christo Nathanael professus est, quæ Petrus apostolus.

## Propositio Octaua Philipp. III.

Ego Paulus Iudæus sum, ex Iudæis oriundus, nec è quavis tribu, uerū præcipua, nempe Beniamin, unde et sacerdotes constituantur.

## CENS V.R.A.

Aliquid ibi deesse certū est, Nec em̄ tribus Beniamin præcipua est inter tribus filiorum Israel, sed tribus Iuda: nec ex tribu Beniamin sacerdotes cōstituūt, sed ex tribu Leui. Porrò q̄ in sequēti editiōe huiusmodi errata scriptor emendauit, cōprobamus.

## DECLARATIO.

In his octo locis quæ per typographorū et Amanuensiū incuriā deprauata restitui mus, qm̄ cōprobant studiū nostrum nō est quod disputem. Sed hinc coniisci poterat me idem prompte facturū in cæteris, si qd cum pietate pugnans deprehendissem. Et quemadmodū hic probant correctionem,

XLIII

ita

## 156 DECLAR. AD CENSVRAS

ita non dubito quin multis in locis comprobaturi fuerint meam excusationem, si fuisset cognita.

TIT. XV. DE QVIBVS DAM PRO positionibus in quibus non satis officio paraphrastæ scriptor iste respondet.

Propositio prima. Matth. XIX.

**XL** **III**

**Q**uisquis uxorem dimiserit & duxerit aliam, adulterium committit, nisi forte quam repudiat adulterio commeteruit repudium.

## DECLARATIO.

**XL** **III**

Retuli quod habet sermo Christi, et quoniam locus habet uarios anfractus, ac multam quæstionum difficultatem, ueritus sum hominum commenta Euangelicæ maiestati ad miscere. Nam quæ dicuntur de separatione thorí manente coniugij vinculo, quæ de matrimonio rato non consummato quod soluitur professione monachismi, aliaq; circa hanc materiā, constat ab hominibus reperta. Quanquam hēc locum ita restituimus: quisquis ob qualibet causam abiecerit uxorem, ut adulterium committit ipse, ita uxori præbet adulterij causam. Ita locum feci commēto diui Augustini, qui

qui putat exceptionē propriē referendam  
ad illam particulam, fecit eam moechari.  
Iam enim erat moecha, priusquā ejacereret.

## PROPOSITIO SECUND A

Matth. XXIII

**D**iem et horam ultimi iudicij, nec ipse filius hominis nouit. Hoc soli sibi seruauit pater. XLV In Sup. 102

## DECLARATIO.

Reddidi causas, quur eum locum ut est reliquerim. Sub nomine Christi non poteram eum explanare, quia Christus tū temporis nolebat intelligi, alioqui explanasset ipse. Sed poteras inquiet, sub nomine Evangelistæ: poteram, sed incommode. Verum is quoq; locus habet difficultatē, uel hoc argumento, quod doctores trifariam explicant quæstionis nodum. Proinde malui doctis illic liberum iudicium relinquerre, & quid sentirem locis oportunioribus significare. Quod Christus quicquam uerenescierit, mihi ne in somnis quidem unquam uenit in mentem.

## PROPOSITIO TERTIA.

Roma. VIII

**S**piritus dei etiam si sileamus, tamē pro nobis interpellat deum; idq; non humano XLVI In Sup. 204

mano more, sed gemitib⁹ inenarrabilibus.

## PROPOSITIO QVARTA

Rom. VIII.

XLVII

**I**ste spiritus quoties interpellat pro sanctis  
adolescentibus super illorum malis, non  
iuxta humanum affectum interpellat, sed  
iuxta dei uoluntatem.

CENSURA.

In his quatuor ppositionibus paraphrasitæ officio minus recte fungitur scriptor iste in sua paraphrasi: quæ ubi sensum debet aperire, illum nō aperit; cum tamen per alios catholicos doctiores clare explicetur. Nam certum est quantū ad primā, non licere viro ducere uxorem, etiā propria eius adulterante, cū omne uinculum matrimonij inter fideles sit indissolubile, nisi interueniat religionis solenne uotum post matrimonij ratū, sed non consummatum. Quantū uero ad secundam, certū est diem & horam ultimi iudicij nosse filium hominis secundum humanitatem, cū ipse sciret omnia quæ uētura erant super eum, & dederit pater omne iudicium filio, ut filius hominis est: licet illud non dederit ut ante constitutum tempus passim hominibus

Ioan. 15

Ioan. 5

bus dies & hora illa iudicij reuelet. Quan-  
tum aut ad tertiam & quartam, ideo orare  
dicitur spiritus sanctus & ingemiscere, q  
sua gratia fideles orates reddat & ingemis-  
centes pro suis iniuitatibus & peccatis,  
aut ob alias pias & iustas causas: ut unifor-  
mis est catholicorum doctorum explicatio  
& sententia.

## DECLARATIO

Et hic illustres Ecclesiæ doctores uariat **XLVI**  
alij locum interpretatis de spiritu dei, **XLVII**  
alij de spiritu hominis. Nec omnino ta-  
men locum præteri inexploratum, Duos  
enim spiritus commemoro, hominis infir-  
mum, & dei huius imbecillitati subuenien-  
tem. Paraphrasis sic habet. Spiritus tamen  
boni consulit, & cum corporis infirmitate  
pugnat, sed aspirat dei spiritus, adiuuans  
imbecillitatem carnis nostræ, & spe eri-  
gens ad omnia toleranda, commonstrans  
quid uotis optandum sit, aut quid depre-  
candum. Nam ipsi iuxta humanum affe-  
ctum nescimus quid sit optandum, neque  
quomodo sit optandum &c. Ex hac distin-  
ctione liquebat dei spiritum sic postulare,  
quatenus nos in postulando adiuuat, sug-  
gerens & quid sit petendum, & quomodo,  
afflans

afflans tum fidem,tum ineffabile desiderium eius quod iuxta deū petimus. Post ita tempore sermonem, ut liberū sit lectori, qđ apostolus ait sp̄ritū pro nobis interpellare gemitibus inenarrabilibus,uel de spiritu dei accipere, at non sine tropo,uel de spiritu Ecclesiæ spiritualiter orantis proximbris suis,uel de spiritu cuiuscq; hominis,qui afflatu diuini spiritus,orat quæ cōferunt ad salutem potius quam iucunda. Proinde an apud recētes sit uniformis huius loci enarratio alij uiderint, certe ueteres dissident. Paulus autem in differendo s̄æpe lubricus ac uarius est,eandem uocē,puta legis,aut carnis,aliter atcq; aliter usurpans. Itidem & sp̄iritus interdum opponitur carni,interdum sonat impetum mentis,interdum sp̄iritum dei,interdū sonum loquentis. Postremò non ibi suscepérām omnes noui testamenti difficultates exacte discutere,sed tātum fastidiosis summa riam quandam Christianæ philosophia cognitionem ingerere.

TIT. XVI. DE MERITIS. PROPOSU

**XLVIII** **tio prima.** In Elencho annotat. CXCl.  
**M** Erīta uix potest cōstituere Augustin<sup>9</sup>.  
CENS V.

## CENSURA.

Merita nomine operis Christus constituit dum inquit, Voca operarios & redit de illis mercedem. Et Apostolus nomine laboris dicens, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et Sapiens in Proverbiis nomine iustitiae, inquiens: Seminanti iustitiam merces fidelis. Merita rursum nomine meriti constituit Apostolus his uerbis: Beneficentie & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur deus. Et Sapiens in Ecclesiastico, hoc uerborum contextu: Misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Et post eos conformiter ad ceteros catholicos doctores Augustinus meritum asserens constat ex libero arbitrio uertibili, et diuina gratia: ut sit meritum opus & gratiae, & liberi arbitrij uertibilis. Hæc itaque propositio quatenus per eam prætenditur beatum Augustinum non aperte & certo constituere merita, est manifeste falsa: & ad impiam accedit doctrinam Lutheri de fide & operibus.

## DECLARATIO.

Demiror quur hic probandum existimat.

XLVIII

L. tint

Matth. 20

1. Cor. 3

Proverb. 2

Hebr. 16

Eccle. 16

## 162 DECLAR. AD CENSVRAS

rint esse quedam hominum merita, quum  
id profitear illo ipso in loco, quem citant.  
Sic enim habet Elenchus: Non tollo in to-  
tum hominis merita, uerum ea uix potest  
constituere Augustinus. Adde quod qui  
uix constituit, cōstituit tamen. Illud in con-  
fesso est, Augustinū præsertim senem quā  
totis uiribus pugnaret cum Pelagianis, a/  
deo propensum fuisse ad exaggerandā dei-  
gratiam, ut uix inuenias quid relinquat li-  
bero arbitrio, quod afferit uerius q̄ pro-  
bat. Quām uero pusillum tribuit meritis,  
qui dicit, quod deus sua dona coronat in  
nobis, & hoc ipsum quod assentimur gra-  
tiæ pulsanti, esse gratiæ. Quantum discri-  
men est inter donū & meritum? Quoties  
autem in psalmis alijs q̄ locis simpliciter  
adimit homini merita, totum transcribens  
misericordiæ diuinæ. Quod si meritū acci-  
pitur id quod nostris debemus uiribus, &  
pro quo non debemus gratiam deo, dura-  
uox est meritū. Sed hæc extra rem, quum  
ego profitear esse aliqua hominū piorum  
merita, neq̄ negem id Augustinum con-  
stituere, licet ægre, quod multis locis ne-  
get esse ullum hominis meritum.

PROPOS.

## PROPOSITIO SECUNDA IN

præfatione in Lucam.

**C**hristus liberat uniuersos ab omnibus animarum morbis, tantū ut morbum agnoscamus, & fidamus medico. **XLIX**

## TERTIA PROPOSITIO.

Apostoli denunciabāt omnibus ut pœnitentiam agerēt anteactorum malorum, ne quisquam fideret suis factis, sed tātum promissis Euangelicis.

## PROPOSITIO QVARTA

Marci. II

Deus à peccatoribus nec holocaustoma ta requirit, nec donaria: tantum agnosce morbum, & confide de medico. **L I.**

## CENSURA.

Quanq̄ plurimū confert ad impetrandum à deo quod petitur, ardor fidei, et simplex ac pura fiducia in Christo & eius promissis; illa tamen nō sufficiunt, nisi addant bona opera. Quare hæ tres propositiones quantū ad tres ultimas earum partes, quibus prætendunt sufficere ad salutē, tales fiduciam in Christo & eius promissis, absq; bonis operibus, dum fieri possunt, hæresi Luteranae de fide & operibus astipulātur.

## L 2 DECLAR.

**L**  
In Sup. 174  
Marci. 6

## DECLARATIO.

XLIX

Ad hunc modum frequenter imponitur etiam integris & eruditis, dū quod à Christo, Euangelista, Apostoloue dictum est, sic proponitur, quasi his temporibus dicatur ab Erasmo. In præfatione loquor de gratia Euangeliū per Christum exhibita, qui quos nec græcorum sapientia, nec lex Mosi seruare poterat, seruaret per fidem Euangelicam. Ab his autem qui uel à paganismō uei à Iudaismo uenient ad baptīsum, non requiruntur opera uitæ prioris, sed tantum fides in Iesum filium dei. Hic sermo nō excludit opera pia, que post baptīsum fides per dilectionē operatur. Præfatio mea sic habet: Id uidens pater celestis, uidelicet homines nec per philosophiam humanam, nec per obseruationes legis fuisse correctos, emisit sermonem suum qui cœlesti medicina liberaret uniuscūs ab omnibus animorum morbis, tātum ut morbum agnoscamus & fidamus medico &c. Iam ut hæc uerba torqueamus ad pœnitentiam, naufragij tabulam post baptīsum, Constat tamen nemini condonari peccata, nisi & culpam agnoscar,

sc

& à Christo speret remissionem. Nam tan  
tum ut, positum est, pro dū modo. Neq;  
enim huiusmodi particulæ semper exclu-  
dendi uim habent, sed sæpenumero præc  
puum quiddam, maximeq; ad rem perti-  
nens indicant. Veluti si pater dicat filio, tu  
tantum ama literas, & à me nihil non im-  
petrabis, hoc sermone nō permittit illi pec  
candi in cæteris licentiam, & officiorum  
neglectum, sed indicat quid potissimū ab  
illo curari uelit.

Porrò quod in Marco positum est, per  
se liquet dictum de his, qui primum se con-  
uerterant ad Euangelij gratiam. Aposto-  
los autē eodem exordio uoluit auspicari,  
quo cœperat Ioannes Baptista, pœnitenti-  
am agite & credite Euangelio. Credere  
Euangelio est fidere promissis Euangelij.  
Quid porro promittit? Per fidē in Iesum  
Christum omnibus offert iusticiā, hoc est  
abolitionem omnium criminū. Hanc sen-  
tentiam puto esse Paulinam & catholicā.  
Quod autem adieci, ne quisquam fideret  
factis suis, ad Iudæos pertinet, qui legis ob-  
seruatione turgidi putabant suis iusticij  
deberi salutem, quum Paulus clamet, si ex

L  
Marc. 6

L 3 operi

operibus iam nō est gratia. Manifestū est  
igitur hic nō agi de operibus baptizatorū,  
sed de uita superiore, cuius omnes macule  
semel gratis abolentur per baptismum.

L I Agit illīc paraphrasis de fide paralyticī,  
qui typum gerit utriusq; gentis ad graua-  
tæ peccatis, quæ pariter per fidem in Chri-  
stum salutem consequitur. Conferoque  
Christum omnipotenti uerbo sanantem,  
cum sacerdotibus Mosaicæ legis, qui ua-  
rijs sacrificijs promittebant expiationem  
peccatorum. Ut autem Christus in para-  
lytico nihil respexit nisi fidem illorum, ita  
in baptismo nec à Iudaicis nec à gentibus  
requirit opera præterite uitę, sed ex æquo  
fide purificat corda omniū. Me uero illīc  
loqui de Iudaicis operibus, non de officijs  
charitatis, declarat quod nego Christū re-  
quirere holocausta, aut donaria, quæ  
Iudæorum sunt expiations. Quare ha-  
tres propositiones nulla ex parte præten-  
dūt fidem in Christū simpliciter absq; bo-  
nis operibus sufficere ad salutem, imo con-  
trariū docēt paraphrases sexcentis locis:  
ac ne tantulū quidem faciunt ad hæresim  
Luteranā, quū meę propositiones loquan-  
tur de his qui baptismo purificantur, Lute-

rus loquatur de bonis operibus adulutorū post baptismū. Vide qd est ex frustulis deceptis pñuciare. Quām uero tū molestū tū iniuriū est hæc toties occini, ad quē di lucide respondi. At non uacat ea legere uis tā sublimibus. Verū aut utrūq; debuit uacare, aut neutrū. Tyrannicum est enim nolle cognoscere & uelle pronunciare.

## PROPOSITIO QUINTA, LV C.V

**I**esus nullum aliud exigit sacrificium **LII**. Simplicem ac puram erga se fiduciam.

## DECLARATIO.

Cōstat illic paraphrasim agere de leproso purgato contactu Christi, cuius uirtutē sanandi conseruo cū sacerdotib<sup>9</sup> Mosaicis, qui in lepra de qua iudicabant tantū, sacrificia quædā præscribebant, & donaria exi gebant, quū Christus nihil tale moratus, sola fide contentus sit. Verba paraphrasis sic habēt: Siquidē Mosaicī sacerdotes nec immittebāt leprā nec aufferebāt, sed de lepra nata aut sublata iudicabāt tantū. Solus aut Iesus omne morborum genus tollit ab omnibus &c. Hæc uox sacrificiū nō pertinet ad bona opa, sed ad hostias Mosaicas & ad declarandum Christi excellentiam.

**L 4 PROPOS.**

## PROPOSITIO SEXTA

Marc. II

**L III** **S** Atis sacrificauit, qui se cum plena fiducia ostendit.

## CENSURA

Cū Euangelista hoc loco de sacrificio nihil dicat, si per has duas propositiones intelligatur, q̄ per hoc qd' Christus fecit autoritate excellentiæ nō requirunt in nobis bona opera & satisfactio ad dimissiōnem peccatorum pro peccatis post baptismum perpetratis, hæreticæ sunt: cū fide tenendum sit, peccatores debere satisfacere pro peccatis quæ post baptismum commisere, iuxta diuinæ iustitiæ decretum: alioqui pro animabus fidelium defunctorum minime oraret Ecclesia catholica: neque post hanc uitam ponendum esset purgatorium

## DECLARATIO.

**L III** Et hic paraphrasis agit de paralytico solo fidei merito sanitatem assequuto, sentiens his qui plena fidutia accedunt ad Euangelij professionem, nihil opus esse Iudaicis hostijs ad criminum expiationem. In his itaq; propositionibus nullam video syllabam quæ pertineat ad eos qui negant operam

ra bona requiri à baptizatis, aut satisfactio  
nem esse exigendam à resipiscente, à lapsu  
post baptismum. Recte quidem addide-  
runt, Si, sed ea dubitatiōe nihil erat opus,  
si uel locū inspexissent, uel saltem ea legis-  
sent, quæ super his Bedæ respondimus,  
præsertim quum ex illis quædam hic refe-  
rantur aduersum me, at silentur quæ faci-  
unt pro me. Hæc quidem ad cautelam di-  
cuntur, uerum ego interim præter meri-  
tum grauor inuidia.

## PROPOSITIO SEPTIMA

Marth. XIX

L IIII

**N**Vllum est opus hominis ita bonum  
ut mereatur præmium æternæ uitæ.

## CENSURA

Quāuis uita æterna suapte natura tan-  
tum sit bonum, ut absq; diuina gratia non  
possit quis illam mereri, afferere tamen ho-  
minem cum diuina gratia illam non posse  
promereri, est hæreticum & sanctis scrip-  
turis contrarium: quæ ostendunt per ob-  
seruationem diuinorum mādatorum per-  
ueniri ad uitam æternam: iuxta uerbum

Matth. 19

Heb. ult.

Christi, Si uis ad uitam ingredi serua man-  
data, Cum & Apostolus afferat, homines

L 5 per

70 DECLAR. AD CENSVRAS

per beneficentiam & communionem deum  
promereret. Et Sapiens de quibusdam san-  
ctis viris dicat: Tentauit deus illos & inue-  
nit dignos se. DECLARATIO.

L IIII

Agit illic paraphrasis de comparatione  
meriti & præmij. Adolescens quum crede-  
ret Christum nihil aliud esse quam hominem  
appellat eum bonum. Eum titulum domin-  
nus recusat ut homo, Adolescens quum  
ait, quid faciendo, percontabatur de opere  
quopiam insigni, cui ex pari deberetur ui-  
ta æterna, Iudæus enim erat operum admi-  
rator, gratiæ ignarus. Dominus respondit  
nullum esse tale hominis opus, cui simili-  
citer debeatur tale præmium. Verba para-  
phrasis sic habent: Quum de bono percõ-  
tatur, non de quovis bono sentit, sed de in-  
signi quopiam bono, quod promereatur  
uitam. Atqui nullus mortalium absolute  
bonus est, nec ullum est opus hominis qd  
ita bonum sit ut mereatur præmium æter-  
næ uitæ &c. Quum aio præmium merce-  
dis modum significo: quum aio ita bonū,  
æ qualitatem meriti et præmij declaro. Ut  
bonus est, ita nullū est opus hominis, qua-  
genus

tenus est hominis, tam absolutū, ut æquet  
 præmium uitæ æternæ. At in hac supputa-  
 tione si quis uelit gratiæ seponere quod  
 gratiæ debetur, tam exigua portio reside-  
 bit homini, ut homines pī malint totum  
 ascribere gratiæ, præsertim quum hoc ip-  
 sum quod homo uel assentitur uel coope-  
 ratur gratiæ, sit gratiæ, immo hoc ipsum qd'  
 ratione ac uoluntate prædicti sumus, sit do-  
 num dei. Nihil em̄ habet homo quod non  
 acceperit. Paulus enim quum dixisset sti-  
 pendium peccati mors, non subiecit, præ-  
 miū autem pie uiuentium uita æterna,  
 sed gratia autē dei uita æterna, per Iesum  
 Christum. Existimo hanc meā sententiam  
 cum Theologorum sententia conuenire,  
 quam mihi uideor satis expressisse. Itaque  
 locus hic nihil habet cōmune cum ijs, qui  
 negat ulla esse merita sanctorū, aut ullum  
 esse omnino opus hominis bonum. Bona  
 opera sternunt uiam ad salutem, licet ijs  
 non simpliciter debeat salus. Apud Pau-  
 lum uero non est uerbum promeretur, sed  
 euāgesēt̄ id est placetur deo, siue cō-  
 ciliatur deus, siue litatur deo. Tentat autē  
 deus, ut illustrē virtutē piorum hominū,

Rom. 6

&amp;c

172 DECLAR. AD CENSVRAS

& inuenit eos dignos se, quos sua gratia fecit se dignos. Hæc nihil ad æqualitatem præmij ac meriti

PROPOSITIO OCTAVA

Marc. X

LV

**Q**ui præmij causa certat, non certatus  
rus nisi sciat dandum præmium, is  
seipsum præmio frustratur.

CENSURA

Tametsi principalius dei amore q̄j præ-  
mij, debent homines certare & bene ope-  
rari. Igitur est tamen eos præmio moueri  
ad bene operandum & certandum contra  
tentationes: & oppositum afferere erro-  
neum est, & scripturæ aduersatur. Scribit  
enim Apostolus: Debet in spe qui arat a/  
rare: & qui triturat, in spe fructus percipi/  
endi. Probantur etiam à Christo eunuchi  
qui se castrauerunt propter regnum cœlo-  
rum. Et inclinauit Regius propheta cor  
suum ad faciendas iustificationes, propter  
retributionem

Matth. 19

Psal. 118

DECLARATIO.

LV

Arbitror & hic nos consentire. Faten-  
tur deum propter ipsum diligendū, quum  
sit natura summa uirtus, ipsumq; esse sui  
præ-

præmiū principale, licet imperfectos præmij poenarū que respectus extimulet ad bene operandum. At qui deum colūt, non culturi nisi daret præmium aliquod quod non sit ipse, inuertunt ordinem, quodcū ac cestorium est faciunt principale, et contra. Qui uero hoc animo colunt deum, non colunt ut deum, nec uere diligunt deum, si cui iubetur.

TIT. XVII. DE FIDUCIA BO<sup>LVI</sup>  
norum operum & meritorum. Propo-

sitio prima. In fine Diatribæ.

**L**Vtherus pie quidē ac Christiane disseruit de fiducia meritorum operum & uirium nostrarum: ac de tota fiducia transferenda in deum & eius promissa.

CENSURA

De abiçienda fiducia operum & meritorum impie ac hæretice differuisse Lutherum exploratū est. De illis namcū ita disseveruit, ut minime ueritus sit bona opera & merita, pariter & fiduciā in illis sub deo repositam damnare: quæ multis in locis sacra eloquia comprobant. Docent enim homines post hanc uitā relatuos quæ gesserunt in corpore, siue bona fuerint, siue ma-

2. Cor. §  
Ioan.,  
la:

la: & processuros in resurrectionem uitæ  
eos qui bona fecerint: in resurrectionem  
uero iudicij, eos qui mala. Excitant etiam  
eadem sacra eloquia Christianos dupli-  
 nomine facere ac multiplicare bona ope-  
 ratum ut seminantes non parce in hac ui-  
 ta diuites fiant in bonis operibus, ac bene-  
 dictionem postea demerat: tum ut per illa  
 certitudinem acquirant suæ uocationis &  
 electionis. Fideles nempe ita exhortatur  
 beatus Petrus: Satagit ut per bona opera  
 certam uestram uocationē & electionem  
 faciat. Hoc enim facientes, non peccabit  
 tis aliquando. Quod si certi redduntur ho-  
 mines de sua uocatione & electione bene  
 operando: non utiq; diffidunt, sed certam  
 habent fiduciam quod non sit futurus su-  
 us labor inutilis apud deum, qui eos non  
 fallit, dum bona æterna pollicetur bene o-  
 perantibus. Hinc sane patet quod in bonis  
 operibus tanquam in medijs ad salutem  
 necessarijs cum dei gratia recte fiduciam  
 sub deo fideles reponunt. Quare opposi-  
 tæ sententiæ subscribens Erasmus, turpi-  
 ter aberrat, & temerarie scandalizat le-  
 gentes.

## DECLARATIO.

Profecto quū in tota Diatriba pugnem **LVI** contra Luteri dogma, mihi quiddā uehementer absurdum accidit, si in eius operis calce, ueluti subito factus alius subscribo ei sententiae, quam omnibus machinis op̄ pugnarā. Vel ipsa rei absurditas illos monere debuit, me non hoc sensisse, quod interpretantur quidam. Imò his uerbis adeo non subscribo dogmati Luteranorum, ut relecto quod probabiliter obīscere potest, magis corroborem Theologorū sententiam. Christus, Paulus, & utriusq; testamenti spirituales uiri præcipue commendant dilectionem dei, quippe fontem omnis pietatis, cui adh̄eret dilectio proximi propter deum. Extenuant sua merita, quicquid habent boni, ascribentes diuinæ misericordiæ, quæ nobis præstat uitam æternam, non quia meremur, sed quia promisit. Hæc quia passim leguntur in literis sacris Luterus colligit ea tollere liberum arbitrium. Ego contra aio me demonstrasse, per hæc non tolli in totū liberum arbitriū. Verba Diatribæ sic habēt in epilogo argumentorū. Deniq; si declaratū est, quot in commo

cōmoda ne dīcam absurdā consequātiū  
semel funditus tollat liberū arbitriū, si pa-  
lām est factū, hac quam dixi sententia re-  
cepta, nīhil perire eorū, quae Lutetus pie  
quidē & Christiane differuit, de summa  
charitate in deū, de abiōcienda fiducia me-  
ritorum, operū & uirium nostrarū, de to-  
ta fiducia transferenda in deum, & illius  
promissa; iam uelim illud expendat lector,  
num æquum censeat, ut damnata senten-  
tia tot Ecclesiæ doctorum, quam tot iam  
seculorum ac gentium consensus appro-  
bavit, recipiantur paradoxa quædam, ob  
quæ nunc tumultuatur orbis Christianus.  
Hactenus Diatribæ uerba recensui. Hoc  
duntaxat in Lutero probauit, quod ab a-  
more rerum mundanarum erigit nos ad  
amorem dei, quod auocet nos à périculo  
sissimo scopulo, fiducia nostri, ad tutissimū  
portum fiduciam Euangelicæ gratiæ: sed  
rationes quibus id colligit, & quod hinc  
ratiocinatur non probo, quum ea pro ui-  
ribus impugnem. Bona opera esse uiaticū  
ad uitam æternā, nemo pius negat, & sine  
hīs non sufficere fidei professionem, fate-  
mur, et qui Christianos hortatur, ut hic ad  
nitantur

ditantur quamplurimum bonorum operum colligere sancte & pie hortatur: sed qui docet, ut homo in suis operibus quatenus sunt hominis, fiduciam, hoc est sumam ac certam spem collocet, an recte moeat nescio. Diuersam cantionem canunt sanctissimi quicqz. Præsertim quum fiducia latinis non sonet, qualemcunqz spem, sed summam ac præcipuam. Spes comitem dicit metum, fiducia excludit timorem. Alunt utcunqz spem bona opera, quemadmodum mala opera gignunt desperationem: tametsi nec hic par est ratio, quod mala per nos agimus, bona non tam nos agimus, quām gratia dei operatur in nobis: quæ si diuina bonitas nobis pro meritis imputat, nostrum tamen est illi totam gloriam ascribere, sine qua nihil sumus, nec possumus quicquam. Quantū autem in benefactis homo sibi vindicat, tantum admittit dei misericordię. Iam ut sit alicuius momenti quod nostrum est in bonis operibus, fiducia tamen tendit ad arrogantię: eoqz Christus admonet discipulos, ut quum omnia iussa perfecerint, dicant servi inutiles sumus. Nihil decedit, imo

M. aliquid

aliquid accrescit præmij nostris, si quod nostrum est in bonis operibus si quid est, pro nihilo duxerimus, & cum Paulo dicamus, gratia dei sum id quod sum. Adiçia illud: in uerbis meis, pie quidē, coniunctio habet uim extenuandi, notans hoc tātum illic esse pium, aut utcūq; pium, licet cum offendiculo. Testimonia scripturarū haud lubens executio, ne uidear docere uelle doctiores. Quanquam hic Petrus mea sententia, nihil aliud monet, quam ut qui Christum professi sunt, bene uiuendo suæ professioni respondeant, nec frustra habeant gratiā dei. Hæc si pia sunt, si scripturis omnibus cōsentanea, miror quur Erasmus dicitur aberrasse turpiter. Hæc non imputo facultati, sed ijs qui fragmenta mala specie cum praua interpretatione proponunt.

## PROPOSITIO SECUNDA

quæ est in Elencho.

**LVII** **P**ericulum est meritis fidere.

CENSURA

Cum redditurus sit unicuique deus iuxta opera sua, debent fideles securi esse, q; si perseverarint bene agendo, & diuina mādata custodiēdo, cōsequēti uitam æternā. Hoc

Hoc em̄ includit ratio spei: proinde meritis hoc modo fidere nō solū possunt, sed etiam tenent, alioqui non sperarent. Quare erroreū est asserere q̄ periculū sit hoc p̄dō meritis fidere. Nec tamē ea fiducia gratiam et misericordiā dei excludit, per quam merent homines, & ad uitā æternā accepuntur. Longe siquidē abest huiusmodi fiducia à p̄aësumptione & ingratitudine. Deo enim omnia bona opera ascribit ut p̄cipuo authori, & fructū meritorū maxime collocat in diuina misericordia, non in proprijs meritis aut in humana iusticia, quæ nullius est momēti, seclusa diuina misericordia: licet cum illa ad salutem ex decreto requirātur humana opera, quę nihilominus dei donū sunt. Nec tamen ullū est opus hominis, quo regulariter, absolu- te, & absq; conditione futuræ perseverantiae ipse securus esse possit de salute, citra reuelationem.

## DECLARATIO

Quū in bonis operibus minima portio sit viriū humanarū, quū tāta sit hominum infirmitas & imperfectio in obeūdis p̄ceptis dei, quum tanta sit turba malorum operum p̄e bonis, si res ad æquilibrium

M. 2 uoce

uocetur, tutius arbitror hominē fiduciām  
hoc est prēcipuam spem suam in bonitate  
dei figere, quām in suis operibus. Qui fi-  
dit operibus iuxta meū sensum, parat cum  
domino iudicio contendere, sed uæ nobis  
si ad dei iusticiā exigatur uita nostra. Iam  
fiduciæ uicina est cōfidentia, maxima pie-  
tatis pestis. Solent autem nauigæ in pericu-  
lis ad litus tutius deflectere. Necq; enim il-  
lic simpliciter dico, periculū est fidere me-  
ritis nostris, sed addo, periculum est his fi-  
dere, quum gratia tuto prædicetur. Arbi-  
tror ipsum Paulum si quis agentem an-  
timam percōtaretur, Moreris ne cum bona  
fiducia diceret, cum optima. Si ille perge-  
ret, quo præsidio fretus, benefactis tuis, an  
gratia dei: Responsorum opinor: Si quid  
ego recte gessi in uita, nō ego gessi, sed ille  
per me: totum illius misericordiæ fero ac-  
ceptum, quicquid uel assequutus sum, uel  
expecto. Nec tamen protinus nulla spes  
esset si quis adeo parum tribuat suis operi-  
bus, ut non ausit in illis ullam spem repo-  
nere. Certissimam enim spem faciunt dei  
promissa, & illius immēsa bonitas. Postre-  
mo aliud est diffidere suis operibus, aliud  
est

est vacare bonis operibus, & abūdare mali. Si modestia est parum tribuere nostris operibus, quo quisq; perfectior est, hoc minus arrogat sibi in benefactis. Ergo ut spē illam modestam, quæ totum ascribit gratiæ, ipsa etiam bona opera, non improbo, quamquam qui sic fudit, deo fudit uerius q; suis operibus: ita puto uerum esse quod scripsi, præcipuam fiduciam ac præsidium salutis non esse tutum collocare in nostris operibus. Tuitius autem esse, summam diuinæ munificentia ferre acceptam.

## TIT. XVIII. DE FIDUCIA COR

poralium ceremoniarum & statutorum religionis. Propositio pri-

ma, In Elencho.

**Q**uo magis heremus corporalibus ceteris ceremonijs, hoc magis uergimus ad Iudicium daismum.

In Elencho  
pag. 86

## CENSURA.

Et si in operibus & corporalibus ceteris ceremonijs non ita fidendum est ut spiritualia, in quibus perfectio cōsistit, postponantur: in illis tamen suo gradu sub deo fiduciam habere debemus, illaq; tanquam arma ad militandum contra spirituales hostes assu-

M; mere

mere, prout Christus docuit, & sancti pa-  
tres tradiderunt. Nec plane existimandæ  
sunt ceremoniæ ab Ecclesia aut sanctis pa-  
tribus institutæ ad Iudaismū uergere: qui  
iam obsoleuit & abrogatus est, ut abrogā-  
dum prorsus prophetæ prædixerunt. Qui  
autem arbitrantur Ecclesiæ aut sanctos pa-  
tres rursus Judaicas ceremonias institue-  
re, non Christiani credendi sunt, sed impi  
heretici, Aeriani, Vvicleuistæ aut Lutera-  
ni, aut eodem fermento malitiæ corrupti.  
Pertinet enim Ecclesiæ ceremoniæ ex sua  
ratione ad eminētem uirtutem, utpote ad  
religionem: & eas deo exhibentes aut. ijs  
quæ ad ipsum spectant, nullum peccatum  
admittunt, sed uirtutem præstant, ac pietä-  
tis officium exercent. Nec grauat Ecclesia  
fideles Iudaicis obseruationibus ceremo-  
nias præscribens, sed è contrario illos ma-  
gis hoc nomine subleuat, quibus salutare  
sele præbet uitæ ducem atq; direcricem:  
sicut qui leges utiles præscribunt populo  
nutanti & præcipiti, non populum one-  
rant, sed leuant, modum uiuendi q; ratio-  
nes commensurantes. Proinde præscripta  
propositio, loquendo de fiducia in corpo-  
ralibus

ralibus ceremonijs, ut prædictum est, impia est & hæretica, cum errore conueniens Aerij, VVitcleui & Luteri: qui error ex peruerso loci illius scripturæ intellectu decerpitur: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Per quem non huiusmodi corporales ceremonias intendit Apostolus nihil ducere, si ad pietatem et diuinum cultum ordinentur: secus autem si per se & solitarie assumantur, nulla habita ratio ne pietatis, neq; ad eam ordinentur.

1.Timot. 4

## DECLARATIO.

LVIII

Ecclesiasticas ceremonias aut constitutions adeo non damno, ut multis locis probem, contraque impugnantes libris additis tuear. Quoniam autem Iudæi plurimum tribuebant corporalibus observationibus, Iudaismum appello non impietatem Iudaicam, sed præscripta de rebus externis, ueluti de ueste, cibo, ieunio, que similitudinem quandam habent cum Iudæorum observationibus. Et in his obseruandis, licet ad pietatem instituta sint, tamen multorum Christianorum Iudaicus est animus: siue dum ibi conquiscent, negligentes ea quæ sunt spiritus;

M 4 siue

sive dum præpostero iudicio plus illis ex-  
ternis tribuunt, quam ueræ pietati, quæ in  
affectionibus sita est. Quemadmodū autem  
Iudæorum duricies tot præscriptis ueluti  
cancellis erat coërcenda, ita refrigerescens  
in Christianis charitas effecit ut pontifi-  
ces multa præscriperint Iudaicis præscri-  
ptis nō dissimilia, licet dissimili mente sint  
obseruanda. Sunt enim ceu uehicula qua-  
dam, quibus infantia paruolorum ad spíri-  
tum perducitur, sicut & figuræ uisibiles  
spiritualiū rerum nos admonentes: ueluti  
ieiunium admonet ab omnibus carnis cu-  
piditatibus temperandum, & ad id etiam  
adminiculo est, extenuans carnem ac spíri-  
tum erigens. Abutuntur autem ceremoni-  
as, qui uel ibi collocant proram & pop-  
pim sanctimoniaræ, uel eis plus tribuunt, quod  
ijs quæ sunt spíritus, nonnunquam occa-  
sione eorum, quæ ad profectum pietatis  
sunt instituta, uiolat ipsam pietatem. Hos  
noto, non ipsas ceremonias, quos & ipsi  
notant, dum damnant eos à quibus afflu-  
muntur solitarie, quod faciunt ij qui in his  
conquiescent, quasi perfecta pietas sit ea  
seruasse. Quanquam si Ecclesiæ tribuitur  
quicque

quicquid ab episcopis præscribitur, aut in templis geritur, multæ sunt constitutiones præsulum de quibus non sine causa publica est orbis querela, multæ sunt in quibusdam templis ceremoniæ, quas uel superuacaneas, uel ineptas, uel supstitiosas possis dicere. Nā has frequenter decanus aliquis ociosus, uel alius huic similis homuncio comminiscitur, nonnunquam anus quæpiam impetrat, in hoc largiens pecuniā, ut hoc aut illud ita fiat, interdum et uolentia vulgaris consuetudinis irrepunt quædam si minus irrumpunt. Nō igitur impie loquatur qui dixerit eiusmodi constitutio nibus ac ceremonijs onerari libertatem populi Christiani, præsertim cum in his non paucæ sint, quæ nihil faciant ad pietatem, sed ad quæstum aut ambitionē. Proinde quum idem sentiamus, mea proposi tio nihil suffragatur Aerij, Vvicleuis, aut Litteris, si illi in totum damnant Ecclesiasticas constitutiones. Et uerum est quod dicunt, hoc Pauli dicto, Exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia ualeat, non excludi corporales ceremonias ad pietatis adminiculum institu

cas: sed æque uerum est, illo nos admone-  
ri, longe plus tribuendum esse spiritui, q̄  
externis illis obseruationibus. Tali homi-  
num genere quoniam uidebam mundum  
esse plenum, interdum ab admiratione ce-  
remoniarum reuoco ad studium ueræ pie-  
tatis: ut autem fiderent ceremonijs admo-  
nere, nec necessariū nec tutum putabam.  
De fidendi uerbo uiderint alij: mihi cui fi-  
dere sonat, principaliter inniti, dure sonat,  
Fidere humanis operibus, & fidere cere-  
monijs: nec eas uoces uel in diuinis literis,  
uel in piorum hominum scriptis inuenio.

- Elenchi locus sic habet: Quo magis acce-  
- dimus ad spiritū, hoc purius sumus Chri-  
- stiani: quo magis hæremus corporalibus  
- ceremonijs, hoc magis uergimus ad Iuda-  
- ismum &c. H̄eret qui illic conquiescit nec  
ad ea proficit, quorum gratia illa sunt in-  
stituta. Iam ut accipiamus ibi Iudaismū p  
superstitione Iudaica, uerum est eos qui si-  
cut in litera Iudæi, sic hærent in corporali-  
bus ceremonijs, & externa præferunt in-  
ternæ pietati, ad Iudaismū uergere. Hic igl  
tur quā inter Theologos et me nulla sit co-  
trouersta, ualeant Aerij, cū suo sodalitio,

Infirmis

Infirmis necessariæ sunt ceremoniæ, perfe  
cti vero nō hactenus eas cōtemnunt, ut no  
lint obseruare, sed quod hoc illis tribuunt  
minus, quo magis p̄ficerint in animi pie  
tate ac mortificandis affectibus.

## PROPOSITIO SECUNDA.

In Elencho.

O Pto omnes esse tales ut corporali/  
bus ceremonijs non egeant admo/  
dum, aut non ita multum tribuant. LIX  
Ibidem

## CENSURA.

Per speculum & in ænigmate deum ui  
dent fideles in hac uita, et ad inuisibilia du  
cuntur per uisibilia: nec solū interiorē &  
inuisibilem, sed & exteriorem et uisibilem  
deo, qui dominus est corporū sicut & spi  
rituum, tenentur exhibere famulatum seu  
cultū, qui ceremoniarum nomine solet de  
signari. Ideoq; pro huius uitæ statu egent  
omnes ceremonijs, siue uisibili dei cultu:  
quamobrē qui huiusmodi ceremonijs de  
tractant, temerarij Christianæ religionis  
violatores censeri debēt, quemadmodū &  
hoc desideriū huius scriptoris in hac pro  
positione: quod ex eadē erroris sentina p̄  
ficietur ex quo propositio præcedens.

DECLAR.

## DECLARATIO.

LIX Quod hic docent, nos utriusq; hominis  
cultum debere deo, qui corporum pariter  
atq; animarum dominus est, rem piam do-  
cent, & uehementer ex animi mei senten-  
tia. Sed huic doctrinæ ne tātulum quidem  
repugnat mea propositio, quæ nihil aliud  
optat, quam tantū Christiani populi pro-  
fecitum in his quæ sunt spiritus, ut admini-  
culis externis nō egeat, sed sua sponte pra-  
stant ea, ad quorum obseruationem exter-  
na illa uelut adminicula sunt adhibita. Ex-  
empli causa: Populus iubet genua aut  
capita flectere deo. Hac ceremonia mone-  
tur, ut animum deo submittat, eo admini-  
culo non eget perfectus, qui quocunq; sta-  
tu corporis animum deo submittit. Itaque  
non sentio perfectos ita nō egere ceremo-  
nijs, ut eas nō teneantur seruare, sed quod  
non opus habeant adminiculis, quibus e-  
gent infirmi. Ita sacerdos iubet sacrificare  
ieiunus, qua ceremonia admonetur, ut ani-  
mo ab omnibus carnis cupiditatibus dese-  
cato accedat ad sacrosancta mysteria. Por-  
ro qui ualde perturbatur quod imprudēs  
aliquid gustarit, nec tamen ueretur cum  
odio

odio & avaritia ad mēsam dominicā accēdere, plus satis tribuit ceremonijs: & tales noto quum aio, aut non ita multum tribuunt. Ita multum, id est nimium, aut nō tantum quantum pleriq̄ tribuunt. At qui totus in hoc est, ut animo purgato accedat, haud quidem negligit quod corporale est, sed nec illi fudit, nec si quid casu secus acciderit similiter perturbatur, minusq̄ trepidat, ubi minus est periculi. Nec uero detretat Ecclesię ceremonijs, qui monet ne his abutamur, sed ut ab his perficiamus ad perfectiora. Quomodo igitur hæc propositio detrectat ceremonijs, quæ saluis ceremonijs hortatur ad perfectiora? Addam illud quod coactus hæc detorquent ad omnes ceremonias, quum Elenchus agat, non de cultu diuino, sed de præscriptione ciborū. Id perspicuum est ex locis à Beda notatis, quibus in Elencho respondeo. Postrem, si Ecclesia nullos certos dies præstituisset, ita nō statim periret cultus utriusq; hominis, etiam si hic minus ceremoniarum haberent Ecclesiæ quædam aut monasteria. Primi illi Christiani non admodum opus habebant

habebat præscriptis inedijs, qui sponte seruabant quotidie. Non egebant exactis precum pensis, qui noctes ac dies perseuerabant in precationibus. Non egebant cōstitutione de soluēdis decimis, qui sponte facultates omnes deponebat ad pedes Apostolorum. Qui tales Christianos optat obsecro quid peccat?

## PROPOSITIO TERTIA.

In Elencho.

**LX** *Ibidem* **S**i presules instituerunt aliquid Iudaicę obseruationis, propter infirmos, non damno. **CENSURA**

Hæc propositio innuens ceremonias et obseruationes ab Ecclesia aut à sanctis patribus institutas esse Iudaicas, & solis infirmis conuenire, impia est, Ecclesiæ iniuria, & ex errore scripturæ sensu, ut precedentes deponpta. Quòd aut huiusmodi ceremoniæ aut obseruationes Ecclesiæ aut factorum patrū, non sint Iudaicæ, satis prius monstratum est: sed q̄ nō solis infirmis & imperfectis cōpetant, aperte demonstrat. Adam siquidē perfectus creatus est, & tandem certū cibi genus illi à domino est præscriptum. Perfecti itidem fuerūt Apostoli qui

Qui crebro ieunij s uocabat, uigilijs & orationibus; à certis quoq; cibis abstinebant, ut à suffocato & sanguine. Vnde pater & pestilens sit hęc doctrina, asserēs perfectos in uia non egere huiusmodi corporalibus ceremonijs: quæ certe ad errorem spectat. Beguardorū, qui iure in cōcilio Viennensi reprobatus est.

## DECLARATIO.

Inuersus est à nescio quibus sermo meus, LXX us, qui ad hunc habet modū. Quod si præsules instituerunt aliquid Iudaicæ obseruationis propter infirmos, non damno, sed opto omnes esse tales, ut his nec egeant ad modum, nec ita multum tribuāt. Primum de præsulum institutionibus loquor, non totius Ecclesiæ, & Iudaicū appello, quod in rebus externis præscriptū habet aliquā cum Iudeorum præscriptis affinitatē: nec alio talia præscribi à præsulibus, sed nego me damnare, etiam si quid tale præscribent. Fictio est non asseueratio. Multas aut̄ huiusmodi cōstitutiones abrogauit ecclesia, ueluti de Eucharistia protinus danda infantibus baptizatis, de arcēdo postridie ab ingressu templi, qui noctu contigisset uxorem

uxorem. Proinde quum hanc propositio-  
nem, quę de delectu ciborum, & similibus  
loquitur, detorquent ad omnes Ecclesiæ  
patrumq; cōstitutiones, quodq; Iudaicum  
interpretantur superstitionem, pr̄ter men-  
tem meam faciunt. Tum si quum dicunt  
non conuenire, sentiunt non obligari, hoc  
nec sensi, nec expressi. Imo fateor perfe-  
ctos magis obligari quam infirmos. Si tūc  
nulli fuissent infirmi, nunquā inedias, aut  
ciborum delectū instituisset Ecclesia. Quo  
consilio deus pr̄scripferit Adæ arboris  
abstinentiam, ad pr̄sens argumentū non  
multum facit. Deus est, potest cui uult q;  
uult pr̄scribere, & quicquid pr̄scribit,  
hoc ipso piū est seruare quia pr̄scribit.  
Non est idem de hominibus. Apostoli cre-  
bro uigilabant, ieunabant, & orabant, sed  
absq; pr̄scriptionibus hominū. De suffo-  
cato & sanguine iam dictum est. Ea consti-  
tutio data est invincibili Iudeorum impo-  
runitati, idq; pro tempore duntaxat. Itaq;  
si sermo meus accipiat ut à me dictus est,  
nec ceremonijs, nec Ecclesiæ, nec patribus  
ullam facit iniuriam. Si Christus suis sub-  
duxit corpus suum, quod obstaret ad spir-  
itus

titus robur, quid mirum si Iudaicæ præscriptiones reddidissent illos infirmos, non qui talia seruant, sed qui illis fidunt, hoc est, præcipuas iusticiæ partes constituant, aut ibi conquiescent. Hęc sententia nī fallor, procul abest à doctrina Beguarorum.

## PROPOSITIO QVARTA

Marci II

**M**eis discipulis (ait Christus) nihil i/  
starum rerum præscribo: his uescere,  
re, his abstine, nunc quiesce, nunc labora,  
sic uescere, hoc ne contingas, illud ne con-  
tractes: ne semper maneant imbecilles, si  
me præceptore semel didicerint huiusmo-  
di rebus corporalibus fidere.

## CENSURA

De hac propositione quantum ad pri-  
mam partem dicitur, q̄d quamvis Christus  
ista uniuersaliter nō præscripsit, horum  
tamen aliqua præscribenda per Petrum,  
reliquos Apostolos, & eorū successores,  
ad Ecclesiæ ædificatiōem reliquit, dicens:  
Qui uos audit, me audit: & qui uos sper-  
nit, me spernit. Quantum uero ad secun-  
dam partem, uidelicet: ne semper maneat  
**N**imbe

## 194 DECLAR. AD CENSURAS

imbecilles; quatenus innuit huiusmodi rebus, ueluti uirtutis admiculis fidētes redi imbecilles & minus spirituales, falsa est & Ecclesiæ iniuria: quæ talia à spiritu sancto directa, ad hoc constituit, ut per illa fedes in spiritu proficiant & uirtute, conuenientiusq; ac faciliter diuina præcepta adimpleant.

## DECLARATIO

**LXI** Christum nihil talium rerum præscripsisse, conuenit mihi cū Theologis: datam autem Apostolis aut horū successoribus autoritatem aliquid statuendi quod ad pie tatem conducat, præsertim iuxta scriptura rum oracula, & hoc mihi cum illis conuenit. Cæterum eos qui fidunt externarū rerū obseruationibus, & in his conquiescūt, manere semp infirmos, iuxta meū sensum uerissimū est, nec tamē iuxta sensum illorū falsum est. Si externa adhibent, quo per ea proficiant homines ad spiritum, utiq; ad erigendam hominū imbecillitatē adhibita sunt. Spiritus enim promptus, caro infirma est. Et hac in parte Paulus ait infirmari legem, q; lauacris & uictimis non potuerit cōferre uerā iusticiam. Multo magis infirmitatis erant preces ac iejunia, à pharisæis præcepta

præcepta. Nam de talibus ieunijs illic agit  
 dominus. Iam ut per se magnū quiddā ha-  
 beant eiusmodi constitutiones, tamē ad ea  
 collatæ, ad quæ præparabat domin⁹ suos,  
 infirmæ erāt, et si nihil accederet, infirmos  
 nō confirmabāt. Phariseus dicebat: leiuna-  
 bis in sabbato, decimā bonorum partē da  
 pauperibus, dilata phylacteria, laua reuer-  
 sus à foro: hæc præstiterat arrogās ille pha-  
 risæus cui domin⁹ præfert publicanū. Sed  
 rudimenta tantū pietatis sunt, si conferas  
 ad illa sublimia, De beneficiendo ac dili-  
 gendis inimicis, de orando pro affligenti-  
 bus ac in cruciatus mortesq; uocantibus,  
 de tollenda cruce, de contēnenda pro Euā-  
 gelio uita, de gaudendo in omni persequu-  
 tionū genere. Proinde si mihi permittat u-  
 sum huius uerbi fidere, p inniti, inhærere,  
 pro nimī tribuere, nihil habet mea pposi-  
 tio qd̄ aduerset Ecclesiæ cōstitutionibus.  
 Male fudit externis obseruationibus q con-  
 fidit se p illas uerā pietatē assequuturū, nisi  
 p eas cōtedat ad spiritualia. In sensu nulla  
 est inter nos cōtrouersia, tantū de uerbis dī-  
 sceptatio est. Subscribā aūt locū paraphra-  
 seos q magis liqueat esse uera q diximus.

N 2 Præceſſe

Præcesserat hæc sub persona Christi: Quæ admodum enim plus habet negotij qui docet imbutum hac falsa persuasione, quod artem calleat, quam qui prorsus artis ignorantum: ita difficilestimum est, eos ad Euangelicam iusticiam instituere, qui ob carnales obseruatiunculas sibi persuaserunt, quod absolutam iusticiam sint consequuti. Hinc nimurum est quod pescatores, publicanos, peccatores, meretrices & ethnici, magis dociles comperio philosophiæ spiritualis, quam scribas, phariseos ac sacerdotes, qui in humanis ceremonijs perfectam statuerunt pietatem. Ioannes ut medius inter ueterem ac nouam legem, tentauit miscere doctrinæ geminum genus. Neque enim ausus est hanc uiuidam philosophiam infirmis animis committere. Infirmum est autem quicquid humanum, quicquid carnale est. Quid diuinum, quod spirituale, quod cœleste, id uiuidum est ac validum, proinde meis discipulis quos in hoc delegi rudes, ut eos ad hanc masculam ac robustam philosophiam instituam, nihil istarum rerum &c. Ex his perspicuum est quid appellem fidere ceremonijs, uidelicet in illis perfectam constitutuere

stituere iusticiam. Liquet item me non lo-  
qui de cōstitutionib⁹ Ecclesiæ, sed de pri-  
uatis pharisæorum præscriptis. Ac mox,  
Ioannis ac pharisæorum institutionem do-  
minus appellat uinum uetus, ueluti uapi-  
dum ac minus efficax: suam autē mustum  
inebrians, ad omnium rerum atq; etiā ui-  
tæ contemptum amore Christi. Ita para-  
phrasit. Proinde quod Theologi damnat,  
recte damnat; cæterum id quod damnant,  
non est in uerbis meis, multo minus in ani-  
mo. Cæterū uerba Christi, qui uos audit,  
me audit, in Apostolos pulchre quadrant,  
cæterum si accommodentur quibuslibet  
episcopis aut Theologis, multas habet ex-  
ceptiones. In Apostolis Christi spiritus sine  
dubio loquebatur, in episcopis nō semper.

## PROPOSITIO QUINTA

## Luc. XIX

**A**lius ostendit aliquem è pharisæo<sup>LXII</sup>  
rum genere, & dicit: Aspice hic est Christus. Alius rursus indicat alium candi-  
do pallio, & dicit: Ecce hic est Christus. A-  
lius diuersos indicans colores & formas  
uestium, clamat: Hic est Christus. Alius  
demonstrat uescentem piscibus, & dicit:  
Non Hic

In Sup. 150

Hic est Christus. Alius spadonem ostēdit,  
 & dicit: Hic est Christus. O Iudaicum &  
 incredulum genus: uis uidere Iesum: con-  
 scende arbore, sume tibi oculos Zachæi.

## CENSURA.

Quamuis certū sit non esse talem adhi-  
 bendā fiduciam institutorū religiōis obser-  
 uationi, qualē diuinis præceptis: tamē nō  
 contemnenda, sed magni faciēda sunt hu-  
 iusmodi instituta religionū: quæ ad puri-  
 tatem mentis, feruentiorem dei amore, &  
 faciliorem diuinorum præceptorū adim-  
 pletionem ordinantur: per quorū obserua-  
 tionē multas uirtutes cōparari, & pleraq;  
 uitia cohiberi constat. Hac autē propositio-  
 ne scriptor hīc talibus religionum institu-  
 tis de diuersitate habituum, de abstinentia  
 a carnibus & coelibatu, astute sed impru-  
 denter & impie uidetur insultare, cum illa  
 semper habuerit in precio Ecclesia catholi-  
 ca: & damnauerit tam pia ac tā sancta in-  
 stituta carpentes, aut illis quoquo modo  
 detrahentes.

## DECLARATIO.

LXII Primū illud extra controuersiā est, illuc  
 non agi de uarijs institutis monachorum,  
 quum

quum ea dicantur sub persona Lucæ, quo tempore, nondū essent nati monachi, quales nūc sunt. Palam est & illud, ibi nō dānari solēnes obseruationes, sed eos qui hārum fiducia sibi arrogabant perfectam sanctimoniam, quum procul abessent à uera pietate. Laudatur eñ illīc ardor Zachei, qui corpore humili, concendit arborem, ut uideret ipsum Iesum, quem unum uide re sitiebat. Huius alacritate delectatus Iesus ultro compellat illum, offerens sese hospitem. Hic est populus Gentium, qui nihil tribuens suis meritis, non hēsit in litera legis, sed erectus ad spiritū oculos intendit in Iesum. Vnum eñ illum uidere sitiebat, quū interim populus Iudaicus in rerū externarū obseruatōe collocaret iusticiam, aduersans harū fiducia spiritui. Locus quē illi truncatim citat, sic habet: Zacheus occupat hanc felicitatē, nimirū Gentium typum gerens. Quid est in causa? Quia adhuc humili manet Iudeus & hærens carni legis. Nō cōspicit aut̄ Iesus nisi ab his q̄ ab humili litera legis erigūt sese ad sublimiorē sensum spiritū. Ex hoc suggesto licet uide quā sit & ubi sit Iesus. Alioqui si turbæ

N+ maneras

maneas admixtus, hoc est, si nihil eximiū  
sapias, frequenter audies ilam fallacem uo-  
cem, Ecce hic est, ecce illic est Christus.  
Pharisei clamant, Ecce hic est Christus.  
Saducæi clamant, Ecce hic est. Ebionitæ  
clamat: Ecce hic est. Alius ostendit aliquē  
è pharisaico genere &c. Et sequitur. Ince-  
dit erector ac sublimis phariseus, sibi pla-  
cens, sibi iusticiæ laudem, sibi legis cogni-  
tionē vindicans, & dum sibi uidetur abun-  
de magnus ac uicinus Christo, non digna-  
tur arboris uti presidio &c. In hunc modū  
paraphrasis. Palam itaq; ipse sermonis te-  
nor declarat me illic agere de Iudæis, qui  
sibi blandiētes ob obseruatas ceremonias,  
negligebant gratiam Euangelicam. Et illis  
temporibus erant discrimina sectarum, ue-  
stium et institutorum. Quæ tamē ipsa non  
ibi simpliciter reprehenduntur, sed hoc re-  
prehenditur, quod ibi ostendūt Christum  
ubi nō est. Intra nos enim est regnum dei.  
At suspicantur forsitan me allusisse ad mo-  
nachorū instituta. Quid si inficer? Quid si  
clamem, præter ius me ex sola suspicione  
uocari in crimen impietatis. Sed demus  
ex superfluo, allusum esse ad monachos:  
si

si talia reperiuntur in monachis, qualia illic prædicantur de pharisaïs, Ebionitis, Saducæis, manifestat Euangelij uigor, & in moribus corrigitur error. An fuit ullus Benedictus, aut Dominicus, aut Franciscus, qui ostendo pallio nigro albouie, aut cineraceo dixerit, Ecce hic est Christus. Imò illi ipsi minimum tribui uolunt suis constitutionibus, præ Euangelio. Persuasum habeo uirtuosos illos, à quibus profecta uidentur monachorum genera, lōgissime absuisse à tali affectu, ut in uestitu aut cibis collocarent fastigium pietatis. Per spadonem, intelligo cœlibem. Cœlibatus autem per se non est pietas, sicuti nec uirginitas. Nam fatue uirgines excluduntur. Frustra corpus illibatum habent, si animus impurus est. Erat autem & haec hæresis apud Iudeos. Esse norum ni fallor, quæ nō recipiebat coniugatos. Primum igitur suspicionem possem rejicare, Eam ut agnoscā, nihil dictū est in probata collegia monachorum, sed in quorundam superstitionem, qui neglecto studio ueræ pietatis, ob uestem, aut carnium abstinentiam putant se meros Paulos aut Antonios. Si negarint esse monachos in

N s quos

quos ista competant, cum suspicio respondebo, Utinam sunt pauciores. Boni monachis sunt Ecclesiæ ornamenta, mali carcinata. Sed honorum heu nimium magna raritas. Itaq; ut falsa suspicio est me hoc sermone deridere instituta monachorum, ita uerum est me subnotare quosdam plane Iudaicis animis, in externis superstitionibus, in his quæ sunt spiritus negligentissimos.

### PROPOSITIO SEXTA Marci II

LXIII

Sup. 170

**R**ecte negligitur color aut forma vestis, quoties id commodum est homini.

CENSURA

Hec propositio innuens unicuiq; licere suum habitum relinquere, quoties id illi commodum uisum fuerit, Ecclesiasticam & monasticam uitam dissoluit: & sanctorum patrum ac pontificum & conciliorum institutis est iniuria.

## DECLARATIO.

LXIII

Qui potest sermo meus hoc innuere quod interpretantur, quū ibi dominus loquatur de Iudæorum externis observationibus

nibus, quas docet recte uiolari, quum aut necessitas urget, aut charitas suadet. Paraphasis sic habet; Pie uiolat sabbatum, qui vacuuus à tumultu malarum cupiditatum, iuandi proximi studio uiolat sabbatum. Pia res est iejunium, sed fit impia, si quod ad salutem hominis est institutum uertitur in perniciem & corporis & animi. Res est religiosa uotum, sed fit irreligiosa, quoties huius seruandi superstitione, reuocatur a liquis ab his quæ propius spectant ad ueram pietatem. Sancte facit qui donum offerunt ad altare, sed prophanum est donum, quod offertur irreconciliato proximo. Ita recte negligit color aut forma uestis, quoties id commodum est homini. Nec enim homo uestis causa factus est, sed hominis gratia reperta uestis. Itidem cib⁹ hominis causa paratus, nō homo cibi causa cōditus est. Proinde quoquis cibi genere uesci phas est, quoties id postulat necessitas. Siquidē hæc omnia corporalia, in quibus uos absolutam iusticiā cōstituistis, templū, uictumq., cibus, uestes, dies festi, iejunia, uota, donatio, irreligiose seruantur, si ob hæc negligitur salus proximi &c. Hunc in modum loquitur

loquitur in paraphrasī dominus. Ex his pa-  
lām est, hæc à Christo dici Iudæis carnali-  
bus, quandoquidem templum nominatur  
& victimæ. Sed impingitur suspicio quasi  
paraphraſtes ad monachorum habitū allu-  
ſerit. Certum est Iesu doctrinā quanquam  
Iudæis depromptam, ad nos quoq; perti-  
nere. Itaq; largior huc fuisse allusum quo  
ſuspicantur, quid mali est? Nonne mona-  
chis phas est, ob necessitatē aut causam  
aliquam graue mutare uestem? Scio Cat-  
tulianos proficiscentes ad suā Synodum,  
quo tutiores essent, laica ueste equitare fo-  
litos. Quid quod Romanus pōtifex iussit  
ut monachi, qui uario amictu conuenerat,  
ob multitudinis offendiculum simili mo-  
do uestirentur. Iſti fortassis interpretantur  
quoties commodum fuerit, quoties libue-  
rit, At ea quæ p̄cedunt ac sequunt hunc  
locum, declarant me loqui uel de necessi-  
tate, uel de magna quapiā utilitate. Quod  
ſi hinc colligunt à me permitti monachis  
aut sacerdotibus, ut pro arbitratu quacun-  
que uestis forma utātur, quin eadem ope-  
ra colligūt me permettere omnibus, ut ſuo  
arbitratu uiolent ieſunia, aut dies festos?  
Nec

Nec enim alia ratione permitto mutatio-  
nem uestis, quam qua permitto ieiunijs ab  
batiq[ue] uiolationem. Ad hunc modum fu-  
cum faciunt sacratissimæ facultati, qui qd[em]  
sub alia persona dictum est, proponunt tan-  
quam à me dictum, & frustula decerpunt  
ad calumniā idonea; Simile est qd[em] sequit.

## TIT. XIX. DE ORATIONE

uocali. Propositio prima. In E,

lencho annotatione LXIII

**C**hristus in orando dñnat multiloqui/ **LXIII**

um.

CENSURA

Sup. 127.

Hæc propositio significans Christum  
orationem damnasse prolixam, seu multa  
uerba complectentem, erronea est, & à sa-  
na scripturæ intelligentia aliena. Non em-  
damnatur omne multiloquium in oratio-  
ne, sed illud quod ex infidelitate procedit  
existimantis deum nō aliter audire aut in-  
telligere orantes nisi multiloquio utantur;  
quod explicans Christus non dicit solum,  
Nolite multum loqui; sed adiungit, sicut  
ethnici faciunt; putant enim quod in mul-  
tiloquio suo exaudiantur. Docent etiam  
sancti in gloria non damnandum multilo-  
quium in oratione; nam post iudicium nō  
cessabunt

206 DECLAR. AD CENSVRAS  
cessabunt deum laudare, non solum men-  
te, sed & lingua.

### DECLARATIO

LXIII

Scripsit nescio quo loco, nondum enim  
inuenire potui, quæ obiecerat Bedda: Christus  
quanquam frequenter oraret, tamen  
suos docuit, et paucis & claram esse orandum.  
Id palam est ex Matthæi cap. 6. Iam in ma-  
nifesto est, formam precandi, quam domi-  
nus suis præscripsit, esse uerbis paucis co-  
prehensam. Verum igitur est, quod Christus  
suos docuit orare paucis. At non dam-  
nat inquiunt, simpliciter multiloquium, sed  
addit sicut gentes faciunt, quæ &c. Sic est  
ut prædicant, nec aliter edissero tractans  
hunc locum Matthæi 6. Paraphrasis sic  
habet: Procul igitur absit a uobis exem-  
plum Ethnicorum, qui prolixas ac uerbo-  
sas precationes ueluti uerbis conceptis re-  
censent, perinde quasi nihil sint impera-  
turi, nisi uerbosissima loquacitate deum fa-  
tigarent, identidem inculcantes eadem, ac  
uerbosa recensione præscribentes quid ue-  
lint, & quando, quomodoque sibi præsta-  
ri uelint, quod petunt, quum saepè precen-  
tur

tur noxia. Optima petenda sunt à deo, non  
omnia, & crebro potius orandum quam  
diu, & intente magis quam prolixo, po-  
stremo animo magis quam ore. Hic ar-  
bitror me bona fide reddidisse sensum illi-  
us loci, qui non pertinet ad preces Eccles-  
iae solennes, sed ad arbitrarias ac priua-  
tas. Cæterum alibi dominus docet inces-  
anter orandum: & Paulus iubet, sine in-  
termissione orare. Hæc inquiunt, quoni-  
am inter se pugnare uidentur, oportuit re-  
digere in concordiam. Id in Paraphras-  
i commode non licuit. Verum totum hoc  
dilucide expediui in annotationibus, &  
in libello de modo orandi deum. Quan-  
quam illud sine intermissione orare, siue  
de uocali præfatione, siue de tacita acci-  
pias, non sine tropo dictum est. Sine in-  
termissione orat, qui frequenter orat, &  
qui perseverat in eodē affectu. De prolixis  
autem Christianorū precibus nō arbitror  
congruenter dici multiloquiū, quod in uī  
ciū sonat. Quid igitur significat mea pro-  
positio truncas? Simpliciter damnatam à  
Christo prolixam precationem. Nequaq.  
Sed cum Beda disputas tueor esse uerum  
quod

quod dixeram, de uerbis Euangeliū sentiens, de sensu uerborum nō agens. Ille mendacium obiecit, ego tueor me scripto. Verum est igitur in aliquo sensu damnatae precationes in publico fieri solitas ad ostētationem & multiloquas. Verba Elenchi sic habent: Qui iubet intrare cubiculum, nonne iubet clam orare. Qui damnat in orando multiloquiū, & prescribit breuem formulam, nonne iubet orare paucis? Et tamen non improbari mihi his uerbis piorum hominū apertas, prolixas & assiduas preces, multis locis doceo. Hactenus Elenchus, haud quamquam significās à Christo damnari prolixas Christianorum preces: Aliud est prolixum esse, aliud multiloquum, nec statim orat, qui lingua sonat uerba precātia. Mentis opus est precatio. Dominus autem suis discipulis adhuc infirmis prescripsit breuem prectionem, quemadmodum nō onerauit eos feunijs, at iūdem hausto cœlesti spiritu suapte spōte perseverabant in prectionibus & ieunijs. Quoniam autem humanæ mentis infirmitas non potest diu eidem rei esse intenta, sic circa ab Augustino laudantur breues

des illæ precatiunculæ, sed crebræ uelut  
impetu mentis eiaculatæ. Videmus & in  
solennibus Ecclesiæ precationibus, quas  
Collectas appellant, à priscis Ecclesiæ præ  
sulibus miram esse seruatam breuitatem.  
Itaç laudata in orando breviloquentia ta  
lis, non damnat prolixas Christianorum  
preces, quas uel affectus pius suggerit, uel  
necessitas requirit, uel autoritas Ecclesiæ  
prescripsit. Multiloquium autem, quia est  
superuacanea loquacitas, non in precibus  
tantum, sed in omni sermone uitanda est.  
Denique Psalliani siue Euchitæ auxerunt  
hæreticorum catalogū, qui in ocio degen  
tes incredibilem psalmorum uim mira lin  
gæ uolubilitate absoluebât. Quanquam  
his turpius errabant, qui dicebât nihil om  
nino precandum, quod deus norit, quid  
cuique sit opus.

## PROPOSITIO SECUNDA IN

Annotationibus Matth. VI

**C** Antiuncularum, clamorum, murmu  
rum ac bomborum ubiqz plus satis  
est, si quid ista delectant.

## CENSURA

Volens Ecclesia militans utcunqz se cō  
O formare

210 DECLAR. AD CENSVRAS

formare Ecclesiæ triumphanti, in qua san-  
cti non cessant clamare iugiter, Sanctus,  
sanctus, sanctus, dantes gloriā, laudem &  
honorem uiuenti in secula seculorum; so-  
lennes templorum catus instituit: quibus  
diuinæ laudes assiduo depromuntur, &  
populorum deuotio excitatur: ut pro suo  
modulo more supernæ Hierusalem ad  
quam continuo aspirat, in terris posita in-  
tetur. Hoc ut faceret, suasit multitudo illa

Luce.2 militiæ cœlestis, quæ Christo nato deum  
laudans, uoce sublimi cantauit, Gloria in  
excelsis deo. Suasit & Christo probatus  
puerorum clamor in laudem Christi ei-  
rumpentium & dicentium: Osanna filio

Dauid. Benedictus qui uenit in nomine  
domini. Suasit & ipse Christus, qui prius  
quam in montem oliueti egrederetur, pas-  
surus tanquam gratissimum deo approba-  
turus ministerium hymnum dixit: hym-  
nus autem, ut probati testantur autores,  
non aliud est quam laus dei cum cantico.  
Non enim laus sufficit ut hymnus uoce-  
tur, nisi laus dei sit, & decantetur. Canta-  
uit itaque uocaliter Christus hymnum,

tradens

tradens formam Ecclesiæ decantandi di-  
 uinas laudes; nec solus cantauit, sed cum  
 Apostolis, quos terrarum orbis in suum  
 locum uicarios constituebat, ut id facien-  
 dum esse Ecclesiæ docerent. Suasit et Pau-  
 lus & Sylas, qui in carcere positi tam alta  
 uoce deum laudabant, ut audirent qui in  
 custodia erant. Vnde & terræ motu fa-  
 cio, motisue carceris fundamentis, aper-  
 ta sunt ostia, & soluta captiuorum vincu-  
 lat; id quod magnopere placere deo hym-  
 nos ac diuinæ laudes ostendit; presertim  
 ubi altis uocibus cantantur, cum tantæ effi-  
 cacie fuerint deprompti huiusmodi hym-  
 ni ac laudes diuinæ à Paulo & Syla. Suas-  
 it demum mos antiquissimus ab exordio  
 Ecclesiæ ab Apostolis inductus, quo hym-  
 ni à Christianis simul congregatis sole-  
 bant decantari: interdum etiam ante lu-  
 cem. Nec ab re sane usum accepit Eccle-  
 sia catholica decantandi hymnos seu diu-  
 nas laudes, cum huiusmodi hymni ac dei  
 & sanctorum laudes decantata mentes  
 ad superna erigant, inflament ad diuinam  
 dilectionem, moueant ad compunctionem,  
 excitent ad contemptum terrenorū,

O z &

*Acto. 16*

& ad comparandas uirtutes prouocent.  
 Hæc utiq; attendens Ecclesia in spiritu de-  
 instructa, musicam in sacras ædes inuexit,  
 uocum harmoniam atq; suauitatem ad pel-  
 liciendos animos in sanctimoniam & pie-  
 tatem non reiecit, solennes templorū can-  
 tus minime aspernata est, si tamen cantus  
 illi pī sint ac Christiani; non uani, lasciuī,  
 aut impudici: necq; tanta uocum fractione  
 redundet, quin uoces diuinarum laudum  
 quæ cantatur, facile ab audientibus (prout  
 iure cauetur) percipiantur. Nec pertimes-  
 cit in his Ecclesia pharisaicum scandalū,  
 Arianorum, Vuitcleuistarum, Luterano-  
 rum, aut quorumcunq; hæreticorum, qui  
 laudes Christi & sanctorum suum arbitra-  
 tur opprobrium, sua uerbera, suos crucia-  
 tus: sed nouit tale hæreticorum scandalū  
 paruipendendum: cæci enim sunt, & du-  
 ces cæcorum. Quamobrem hæc proposi-  
 tio innuens solennes templorum cantus,  
 & genus illud musicæ operosæ, & multa  
 uocū uarietate aures animosq; demulcen-  
 tis nō esse deo & sanctis accepta, falso, te-  
 merarie et impie asseritur, & damnato pre-  
 fatorum hæreticorum errori suffragatur.

DECLAR.

## DECLARATIO

Quæ differunt de hymnis, quibus & a/  
nimis & uoce laudatur deus ad imaginem  
Ecclesiæ triumphantis, mihi ualde proban-  
tur. Quanquam ueteres illi præsules ægre  
recepérunt in Ecclesiam, cantū etiam sim-  
plicem, quo & hodie canuntur psalmi, Eu-  
angelium, & precatio dominica. Cæterum  
quod colligunt mea propositione damna-  
ti cantiones Ecclesiasticas, longe falluntur.  
Tantum illis noto, in quibusdam collegijs  
præscribi preces & cantus nimium proli-  
xos, tum in his audiri multa indigna cultu  
diuino, cum in concilio Carthaginensi sta-  
tuatur, ne quid recitetur in templis præter  
canonicam scripturam. Hinc descendō ad  
mentionē Euchitarum, qui monachos ue-  
tabant operari manibus, ne cogerent præ-  
ces suas interrupere. Palam est hos orandi  
virtutem non in affectu mentis, sed in tur-  
ba uerborum collocasse. Post hec subiçio:  
Vtinam quicunq; Christi philosophiam  
profitentur, sic abhorreat ab hac supersti-  
tione, ut precum puram & illibatam uicti-  
mam Christoq; gratam offerat. Nam can-  
ticularum, clamorum, murmurum ac  
O ; bombo

bomborum ubiqꝫ plus satis est, si quid ista  
superos delectant &c. Hæc ibi. Tacite no/  
to quosdam, qui simili animo precantur,  
quo Euchitæ, et opto ut omnes Christiani  
hanc uictimam Christo offerat puram &  
illibatam, hoc est ut orent sincera mente,  
& si res uocem postulet, simul cum uoce  
oret animus. Nam ita demum hæc hostia  
uere grata fuerit Christo. Porro ubi nihil  
est præter uocum strepitus, periculum est  
ne audiant illud ex Euāgelio, hic populus  
labijs me honorat, cor aut eorum longe est  
à me. Quanꝫ ibi nō tam loquor de cantu  
quouis Ecclesiastico, ꝑ de cantu indeco/  
ro, & de cantiūculis, quas muliercularum  
aut simplicium hominū affectus adiecit so/  
lenni cultui. Clamorū uocabulo notantur  
qui nūc in plerisqꝫ templis, atqꝫ etiā mona/  
sterijs rauco boatu detonantes, & templū  
implent, & sic uoces obscurant omniū ut  
nulla possit intelligi. Murmur appello pre/  
ces præcipitater ac sine mente dictas, hoc  
enī est murmurare uerius ꝑ orare. Bom/  
bos appello sonitum penè bellicum, orga/  
norum, tubarum, cornuum, litorum atqꝫ<sup>re/  
cepta</sup>  
etiam bombardarum, quādo hæ quoqꝫ re/  
cepta

ceptæ sunt ad cultum diuinū. Colligo tan-  
dem, preces solennes ob hominū infirmi-  
tatem moderatas esse debere, deinde pu-  
ras, ut magis psallamus affectu q̄; uocib⁹.  
Indecorū musices gen⁹ in templis damnāt  
& ipsi: fatentur ijdem opinor, in precibus  
quoc⁹ et cantionibus modum adhibendū,  
uel propter occupationes hominum, uel  
propter fastidium humani ingenij. Ab his  
vero qui damnant decentem Ecclesiæ can-  
tum, plurimum dissidet mea sententia. De  
musica operosa nunc non dispuo, tametsi  
Albertus Pius eā ingenue damnat, me re-  
fragāte, si modeste & modice adhibeatur,

## PROPOSITIO TERTIA. IN

Annotationibus. I. Corinth. XIII.

**Q**uid aliud auditur in monasterijs, **LXVI**  
in collegijs, in templis, quam uocū  
strepitus?

## QUARTA PROPOSITIO.

Vulgus non aliud audit, quam uoces. **LXVII**  
non significantes.

## QUINTA PROPOSITIO.

Obsecro quid sentiunt de Christo, qui **LXVIII**  
illum credunt huiusmodi uocum strepitu  
delectari?

## CENSURA

Hæ tres propositiones quatenus prætendunt nullam commoditatem cantantiis clericis diuinæ laudes prouenire, nec similiter audiētibus populis, nisi quid per uoces significetur intelligent, nec deum huiusmodi cantu delectari, impiæ sunt, & à catholica ueritate alienæ. Nam si ceremonias ueteris legis scribę & pharisei, necnō & simplices utiliter obseruabant, eo quod ad pietatem seu diuinum cultum eas ordinabant, quāuis quid illæ significant non perciperent: pari utique ratione, magno cum fructu succedunt decantatæ diuinæ laudes & cantica ecclesiasticis, qui ea concinunt, & plebibus assistentibus, licet ea minime intelligent, cum sit communis intentio omnium hæc depromere, hæc audiare, his assistere ad dei gloriam, laudem et honorem, ad gratias super acceptis munibus persoluendas, ad obtainenda à deo quæ uitæ præsentí conducant & futuræ quæ nimirū intentio magnopere deo grata est. Nam si cor hominis deus maxime requirit, quid magis gratum illi esse poterit, quam quod homo pio affectu ipsum laudare

laudare, reuereri, amare, appreciari elabo-  
ret, ac libēter laudibus eius assistat. Nulla  
profectio uerborum intelligentia cum hac  
pia intentione potest conferri, quam habe-  
re solent etiā simplices, rudes, & iterudit.

## PROPOSITIO SEXTA. IN AN-

notationibus I. Corinth. XIII

**C** Vr dubitat Ecclesia tantū auctorem  
sequi, aut cur audet ab eo dissentire?  
De Paulo loquitur.

LXIX

## CENSURA

De hac propositione idem prætenden-  
te quod tres præcedētes, idem dicendum  
est quod de illis, nisi quod ultra illas addit  
Ecclesiam à Paulo dissentire, dum in tem-  
plis cantus celebrat publice, quorum uer-  
ba à populis non intelliguntur, quod fal-  
sum est. Scribens enim Paulus, In Ecclesia  
uolo quinq; uerba sensu meo loqui, quām  
decem milia uerborum in lingua; de con-  
cionibus seu sermonibus qui habentur ad  
populum, tractat: in quibus inutilis est co-  
pia uerborum non intellectorum. Non de  
cantibus Ecclesiasticis, quorum alia est ra-  
tio, ut in præcedenti censura monstratum  
est: Proinde prudenter censuit Ecclesia di-

O s uina

uina officia lingua latina celebranda. Non enim opus est ut populi uerba intelligantur, quæ decantant, cum illis ad spiritualē profectum abunde sufficiat pia illa supradicta intentio seruiendi deo, laudandi deū, reuerendi eum ac diligendi. Nec per pensa impudenti multorum temeritate atq; arrogantia expedit huiusmodi diuina officia de uerbo ad uerbum in linguam uernaculam transferri, & sic translata in sacris ædibus decantari. Nam ea res non in populorū cetero docuit experientia. Populi enim in Ecclesia ueluti paruuli sunt, qui lacte egent non solido cibo. At uero quemadmodū ubi aluntur infantes pane, & alijs cibis grossioribus, letalis sensim morb⁹ in illos irrepit, quoniā solidiores escas ferre nequeant aut digerere: ita cōsimiliter, si uerba nuda scripturarum sanctorū lingua uulgarī populis proponantur, ac in templis decantentur, quæ ueluti fortioris cibi & ad digerendū difficiuntur, et sepe in hæreses prolabuntur, scandala & schismata, ut hodie in plerisq; locis euangelio constat.

## DECLARATIO.

Ex huiusmodi fragmentis si à maleuo<sup>r</sup> L X VI  
lis ad calumniam decerpantur, quis posset L X V I I  
recte pronunciare? Qui totam annotatio<sup>n</sup> L X V I I I  
nem legerit, perspiciet me longe aliud age L X I X,  
re quām isti suspicari uidentur. In eadem  
annotatione hæc insunt uerba: Habeant  
sane tēpla solennes cantus, sed moderatos  
&c. Hæc opinor non est uox improbantis  
cantiones Ecclesiasticas. Illic aut̄ deploro,  
quod quū Paul<sup>o</sup> malit quinq<sup>ue</sup> uerba loqui  
in sensu, q̄ decem milia in spiritu, nos con-  
tra plurimū adhibemus cantionū, doctrī-  
nae spiritualis q̄ minimū, præsertim in mo-  
nasterijs, in quibus non operant̄ manibus,  
sed plurimas horas externis precibus &  
cantionibus onerant̄ etiam fœminæ, quū  
sacrā concionē rarissime audiant. Addo &  
illud: plerosq; in his summā cōstituere pie-  
tatem, nec ex his p̄ficere ad charismata me-  
liora. Verba mea sic habent: Ferendum &  
hoc, nisi uulgas sacerdotū ac monachorū,  
in huiusmodi rebus summam constitue-  
ret pietatem, multum dissentiens à Paulo  
&c. Eos aio dissentire à Paulo, qui in his  
ponit summam pietatem, quibus Paulus  
minimum

## 220 DECLAR. AD CENSVRAS

minimum tribuit. Hactenus arbitror illos  
mecum sentire. Quod autem deplorabam  
raram esse in templis concionem exagge-  
ro hoc argumento, quod hodie populus  
tion intelligit, quæ canuntur aut recitantur  
in templis latine. Nam olim cum plebs in-  
telligeret Latine & Græce, ipsa recitatio  
sacrorum uoluminum & horum interpre-  
tum quodam modo loco concionis erat.  
Nunc uero tale genus musices apud mul-  
tos receptum est, ut etiam si qui in populo  
sciant latine, tamen ob garritum uocum  
uerba non queant percipi, significans tan-  
to frequentius adhibendas cōciones. Mea  
uerba sic habent: Nunc uulgas quid aliud  
audit, q̄ uoces nihil significantes? & talis  
est ferè pronunciatio, ut nec uoces exau-  
diantur, sonitus tantum aures feriat &c.  
Hæc non aliò spectant, quam ut cōciones  
frequentius habeantur apud populū, præ-  
sertim apud monachos & monachas. Su-  
perest tertia propositio: Obsecro, quid sen-  
tiunt &c. Sed hæc uerba præcedebat illa.  
Est quispiā Crasso auarior, Zoilo maledi-  
centior, uir tamen pius habetur, quod clas-  
ta uoce sonat eas preculas, etiam si nihil in-  
telligat

telligat. Et sequitur continenter: Obscurum, quid sentiunt de Christo, qui credunt illum huiusmodi uocum strepitu delectari &c. Non obscurum est quin hic agam de his, qui neglecta animi pietate, magnam san-ctimoniam putant illa non intellecta in tem- plis lingua sonare. Talium enim uocibus Christus non solum non delectatur, uerū etiam offendit. Non enim simpliciter dixi, uocum strepitu, sed huiusmodi uocū stre- pitu, nimicum respiciens ad ea quae præce- dunt. Eorum uero pium affectum, qui ad solennes ritus religiose conueniunt in ho- norem dei, q[uod] generali sensu persuasum ha- bēant, esse sancta, quae illuc recitantur uel geruntur, absit ut quisquam Christianus improbet, aut hunc affectum posthabeat impiorum intelligentiae, sed tamen nihil peccat, qui ab his hortatur ad perfectiora, non ut illa reiiciatur, sed ut religiosius per- agantur. Nec uero necesse est, ut exēpla, que à triūphante Ecclesia ducunt ad mili- tantem, quadrent per omnia. Illuc nec pro- phetia erit opus ubi sublatū erit ænigma, nec hortatore, ubi nemo dormitat, nec cō- solatore, ubi nemo dolet, nec charitatis ob- sequijs

sequijs, ubi nullus eget. Illic ocium est iugib[us] hymnis. In hac Ecclesia res multo se-  
cūs habent. Hactenus inter nos nō failor,  
sententiarum est cōcordia. Sed durius est  
quod in eadem dicitur: Quur dubitat Ec-  
clesia tantum autorem sequi, aut quur au-  
det ab eo dissentire? Ecclesiam appello, u/  
sum externū Ecclesiæ, quo sit ut nunc tam  
frequēs sit in Ecclesia psallere spiritu, quā  
prophetia, quam ille p[ro]fert. sit admodum  
rara, precesserat enim: Hac in re mirum  
mutata sit Ecclesiæ cōsuetudo. Paulus ma-  
uult quinq[ue] uerba loqui in sensu, quām de-  
cem milia in spiritu. At nunc in nonnullis  
regionibus, totos dies psallitur spiritu, nec  
modus nec finis cantionum, quum uix in/  
tra treis menses audiatur concio salubris  
adhortans ad uerā pietatem. Id enim Pau-  
lus uocat in sensu loqui. Ut omittam hu-  
iusmodi musices genus inductum esse in-  
cultum diuinū, ut ne liceat quidem ullam  
uocem líquido percipere, nec illis qui can-  
tillant ocium sit attendendi quid canant.  
Tantum uocū tinnitus aures ferit. Feren-  
dum & hoc, nisi uulgus sacerdotū ac mo-  
nachorum in huiusmodi rebus summam  
constitue

constitueret pietatem, multum dissentientēs  
 à Paulo. Quur dubitat Ecclesia tantum au-  
 torem sequi, imò quur audet ab eo dissen-  
 tire &c. Ex his dilucidum est, me nō dam-  
 nare cantus Ecclesiasticos, sed admirari  
 hoc tanti fieri, quod Apostolus fecit min-  
 mi, & illud adeo rārum esse quod ille fecit  
 plurimi. Ad hanc admirationē Theologi  
 respondent, Paulū illic nō agere de recita-  
 tionibus aut psalmis Ecclesiasticis, sed de  
 concionibus ad populū, in quibus inutilis  
 sit uerborū copia nō intellecta. Id si recipi-  
 tur nihil intererit inter prophetā & loquē-  
 tem spiritu, nisi q̄ hīc posterior loquitur  
 lingua ignota. At Paulus hoc toto genere  
 distinguit. Quis autē sic ineptiat, ut apud  
 Germanos concionet gallice? Cæterū ut  
 hoc qd̄ assumūt sit in confessio, publica re-  
 citatio sacrorū voluminū & horum inter-  
 pretū apud multitudinē concio quædam  
 est, & quod ad hanc rem pertinet eandem  
 habet rationem cū concione. Siquidem &  
 illa recitatur populo, & in quibuscda regio-  
 nibus denūciat populo, ut adsit matutinis  
 & cæteris horis, missæ, uespertinis hym-  
 nis, sub poena gehēnæ. Ac diuus Thomas  
 scribit

## 224 DECLAR. AD CENSVRAS

scribit lectiones matutinas, epistolam, & Euangeliū adhuc in Ecclesia esse pro linguis, quæ recitantur ac post exponuntur. Ergo qui recitat Euangeliū, loquitur spiritu: qui populo enarrat, prophetam agit. An audire uoces non intellectas sit lac paruorum in Christo, uiderint alij: Ego magis arbitror eandem scripturā intellectam esse lac paruulis, ac solidam escam firmioribus: turpe sit tamen eos semper manere infantes, & semper pendere de māma matris. Et si præsentaneum uenenum est, populum ea iuxta grammaticum sensum intelligere, quæ decantantur aut recitantur in tēplis, in summo periculo fuerunt Græci pariter & Latini, quandoquidem usque ad tempora sancti Gregorij omnia recitabantur lingua cum populo communi. Et adhuc Indi lingua uernacula peragunt suas preces ac sacra. Verū hoc nihil ad me. Mihi satis est, q̄ propositiones meæ nihil tale prædicant, qualia quidā interpretantur.

T I T . X X D E C O E L I B A T V S A  
cerdotum. Propositio prima I. Tim. III.

LXX  
In Sup. 235

**Q** Voniam in episcopo pudicitia magna habet commendationem, si non

non continget qui uoluptatem hanc in totum contemnat, illud erit spectandum ut fuerit aut sit unius uxoris maritus.

## CENSURA.

Cum in Ecclesia occidentali uoluntarie ad continenter uiuendum sacerdotes accipientes sacros ordines se solenniter astrinxant: consilium hoc ordinacioni Ecclesiæ Latinæ de cœlibatu sacerdotum derogans ac si melius esset eam sanctionem non fusse constitutam, impium est, splendori pudicitiae Ecclesiasticæ aduersum: & de damnata Vvitcloui & Luteri doctrina desumitur. Potest namq; quilibet qui ad continentiam sua sponte se deuinxit, cum dei adiutorio se continere.

## PROPOSITIO SECUNDA IN E-

lencho annotatione CXCVII

Hodie ducunt apud Græcos Episcopi LXXI uxores, etiam post suscepimus ordinem.

## CENSURA

Hæc propositio temere asseritur.

## DECLARATIO

Non æquum est, ut quod à me sub persona Pauli dictū ad illa tempora pertinet, ad meam personam, & ad hęc tempora de-

P torquea

LXX.

LXXI

torqueatur. Tunc unius uxoris uir, etiam uiua uxore recipiebatur ad sacerdotium, hoc est ad episcopi munus. Quid autem illic agit Paulus? Primum uult eum deligi, qui perfectæ continentia de se dederit spe cimen, is si minus contingat, ut ad proximum eant, uidelicet, qui defuncta uxore prima non iterauerit matrimonium. Terrium est, ut eligatur qui ducta una non cogitet de iterando coiugio si illa deceferit. Hic sermo nihil pertinet ad illos, qui nunc contra uota, cōtraç̄ publicam ac ueterem ecclesiæ Romanae consuetudinem ducunt uxores. Proinde quod consilium damnent nescio, quasi satius fuisset inquiet, sanctio nem de cœlibatu sacerdotum non fuisse constitutam. Certe meus sermo tale nihil habet, tantum explano quod Paulus præcipit Timotheo. Vnde suspicor Amanuēsium errore factum, ut hæc censura ei propositiōni fuerit addita.

TIT. XXI. DE PECCATO ORI  
ginali. Propositio Erasmi. Rom. V

LXXII In Sup. 196 **M**alū à principe generis humani ornatū, in uniuersam posteritatē diminuit, dū nemo non imitatur prīmi parentis exemplum.

## CENSURA

Explicit hic paraphrastes locum illum  
Apostoli: In Adam omnes peccauerunt;  
sive In quem omnes peccauerunt. Qui sa-  
nè locus intelligi non potest de peccato a-  
ctuali, cum non omnes peccato actuali de-  
liquerint. Paruuli enim nondum usum ra-  
tionis habentes, actuali peccato nunquam  
fuerunt obnoxij. Quare præsignatum lo-  
cum perperam et distorte de actuali pecca-  
to paraphrastes explicat. Atq; ea exposi-  
tio Pelagiano fauet errori.

## DECLARATIO

Cōstat eius loci disputationē incipere à LXXII  
peccato actuali, & in idē desinere. Tātum  
illud, in quo omnes peccauerunt, censem  
proprie ad peccatū originis pertinere. At  
qui ipsum locū Origenes sive Hieronym⁹  
de peccato personali interpretat, quemad  
modū & Ambrosius, licet in cōmentario  
videat & originis peccatū attingere. Simi-  
liter Scholiares Hieronymi titulo recept⁹  
totū hunc locū euīdēter exponit de pecca-  
to psonali, nihil offensus uniuersalitatis uo-  
ce oīmis, que p plerisq; posita est: generalis  
ēm sermo nō excludit priuilegiū paucorū.

P 2 Consentit

Consentit & Chrysostomus, nec dubito  
quoniam alij plures, præsertim veteres. Docui-  
mus & illud, εφ' ὁ siue εφ' ὥ. Græce magis  
sonare, eo quod omnes peccauerūt, quam  
in quo omnes peccauerunt. Non enim est  
εψ ὥ. Nec probabile uidetur hic Aposto-  
lum agere de infantibus, quum nullum us-  
quam uerbum sit, quod ad infantes perti-  
neat, & illis temporibus adulti tantū bap-  
tizabantur. Iam si accipias mortem gehen-  
næ, quæ non infligitur nisi ob crimen capi-  
tale, certum est illud Adæ crimen quo me-  
ruit æternos cruciatus, non dimanasse ad  
omnes homines, sed tatum poenæ partem  
& damnum gratiæ. Crimen autem est mors  
animæ prima, gehenna secunda, hoc est æ-  
terni ignis cruciatus. Ut igitur hæc mors no-  
dimanat ad infantes, ita nec altera mors si  
decesserint absq; baptismo. Quum igitur  
in medio uideretur coactus inducta men-  
tio de peccato infantium, si tamen hoc pec-  
catum est appellandum, quum veteres to-  
tum locum de peccato personali interpre-  
tentur, quumq; ad hunc sensum magis fa-  
ciant Apostoli uerba græca, sequutus sum  
id quod uidebatur mollius minusq; coa-  
ctum

etum, sed interim ita sermonē temperans, ut non excludam peccatum originis, sed afferam potius. At Augustinus uehemen ter urget, hunc locum non aliter accipiens dum, quam de peccato originis, præsertim pugnans cum Pelagio & Iuliano. Verum non arbitror nos ubiqꝫ doctorum quamlibet probatorum interpretatione obligari tanquam articulis fidei. Peccatum originis & nos ingenui fatemur. Tantū an hic locus sine illo possit exponi controuersia est. Vetustissimi putarunt posse, & ita expressuerunt. Nec statim triumphat Pelagius, si hic Paulus loquitur de adultis. Rursus nō hoc à nobis discet Pelagius, qui iam olim uidit hunc Pauli locū non necessario proprietas pertinere ad peccatum originis.

## TIT. XXII DE POENA FILIO/

rum temporali propter peccata paren-

tum. Propositio Erasmi, Ioan. IX

**N**on punit deus liberos ob delicia pa-

LXXXIII

rentum, quemadmodum docet lex,

*In Sup. 155*

nisi filij, parentum æmulentur uitia.

## CENSURA.

Hæc propositio uniuersaliter intellecta, pretendens deum nunquam punire libe-

P 5 ros

ros etiam temporaliter propter scelera parentum, nisi scelera eorum imitentur, ac si illud repugnet diuinæ iusticiæ, aut æquitati naturali; est hæretica, & sacræ scripturæ aduersatur, quæ frequenter sic punitos liberos indicat. Sic em̄ sunt pueri submersi in diluio, cum parentibus. Sic in pentapolii igne extincti sunt. Sic denique filius Dauid paruulus propter adulterium et homicidium patris mortuus est. Nec lex docens filios pro iniuitatibus patrum non plecti, non intelligi debet de poena temporali, sed de æterna.

## DECLARATIO

**LXXIII** Sequutus sum illic probatos Ecclesiæ doctores Chrysostomū, & huic cōcordem Theophylactū, qui pronunciant iniustum fore, si deus ob aliorū delicta puniret alios. Nec loquunt̄ de poena gehēnæ, sed de corporali cęcitate. Lex autem extat Deut. 24. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed unusquisq; pro suo peccato morietur. Contra Exo. 54. scriptū est: Qui reddis iniuitatem patrū filijs ac ne potibus in tertiam & quartā progeniem. Hunc nodum ita soluunt, non q; poena debita

bita nocentibus ueniat ad immeritos, sed quod pœna eadē maneat posteros, si majorum imitentur scelera. Rursus scrupulū de infantibus diluicio inuolutis, ita soluūt, ut dicant eam nō fuisse pœnā, sed dominī misericordiam, quæ pueros mature subduxit, ne maiorum suorum similes euaderet. Cōsimiliter expedient quæstionē existentem è uerbis domini. Matth. 23. Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus. Hæc sententia si pia est, & si præclaros habet autores, quur hic hæreleos sit mentio?

TIT. XXXIII. DE POENA HÆRETICORUM. PROPOSITIO PRIMA ERASMI. MATTH. XIII

**S**erui qui uolūt ante tempus colligere LXXIII zizania, sunt ij qui pseudapostolos & In Sup. 87 hæresiarchas gladijs & mortib⁹ existimāt ē medio tollendos: cum paterfamilias nolit eos extingui, sed tolerari, si forte resipiscant, & ex zizanijs uertantur in triticum. Quod si non resipiscant, seruentur suo iudici, cui dabunt pœnas aliquando.

## CENSURA

Cum sit catholicum & fide tenendum,  
P 4 non

non solum licere, sed & oportere hæreticos pertinaces extremo suppicio punire, quando citra iacturam atq; periculum rei publicæ id fieri potest: nec ualet aliter salus eorum aut ceterorum procurari & conservari: oppositumq; sit error Catharorū, Valdensium, & Luteri, generalibus concilijs & legib; imperialib; damnatus, p;j expositoris munus paraphrastes minime executus est, in hūc peruersum sensum tot uerbis lectorem inducendo, nec ueritatem catholicam illi aduersam palam aperiēdo: quod paucis explicatum facile paraphrasis admisisset, monstrando quæ hic scribit, intelligenda fuisse pro tempore Apostolorum et martyrum, quo Ecclesiam atrocius tyranni persequebantur: non quando rex potiti sunt príncipes Christiani, orbem terrarum aut bonam eius partem in sua tenentes ditione, qui tum leges condentes extirpandis hæreticis accommodas, uere principi suo Christo militarūt. Id certe explicare debuit paraphrastes, quod quia nō fecit, scandali ansam præbuit legentibus: quasi modo non liceat, quod tempore Apostolorū & martyrum fieri non poterat.

Præno

Prænominatorum quoq; hæreticorum er  
tori hac ratione uisus est suffragari. Nec  
habet ea excusatio locum, qua dicat se ita  
intelligere ut diximus. Nam quamuis ita  
intenderet ut proponit, tamē hoc ibidem  
nō explicat, & longe secus solent accipere  
legentes quām dicat se prætendere. Vnde  
& queruntur multi, non solum ex hac pro  
positione, sed etiam ex plerisq; alijs, pocu  
lum sibi sub mellitis uerbis propinari scan  
dali et erroris: ideoq; non acceptant aliam  
(ut aiunt) pallio sophisticæ argutiæ obum  
bratam excusationem, qua quis dicat ea  
quæ hic dicuntur, nō sub persona Erasmi,  
sed sub persona Christi dici, & non hoc se  
culo, sed illo quo martyrijs plantanda erat  
Ecclesia, cum tamen talia non expressa ne  
vigilantissimi quidem lectores percipiunt,  
& aliud sonent uerba eius expressa in pa  
raphrasi, quām sequens eiusdem doceat  
explicatio. Nec rursus probant, quòd sub  
persona Christi, Euangelistarum aut A  
postolorum ea inducat non pauca, quæ  
viri erudití iuxta ac pñ impia censem ac  
erronea.

P 5 DECLAR.

## DECLARATIO

LXXXIII Si in paraphrasibus me nō subleuat per  
sonarum respectus, dure profecto mecum  
ageſ, Hac lege mihi poterit imputari, qđ  
ab īpijs illic dicit, & idem nunc ero Chri-  
ſtus, nunc Pilatus, nūc Caiphas. Miror aut̄  
ullos esse lectores tā attonitos, ut in para-  
phrasī non intelligent nihil sub mea perso-  
na dici. Ac iampridē usq; ad rauim clamo,  
paraphrasim meam nihil esse nisi cōmen-  
tarium, & sicubi sensum scripturæ nō affe-  
quor, nihilo plus esse periculi, qđ si in com-  
mentario lapsus essem. Verum ut alibi la-  
bar, h̄c certe non potest obijci, me diuer-  
sum explanasse, qđ habet sermo Christi,  
quem fatentur pro temporibus illis, uerū,  
pium ac sanctum esse. Sed hoc tantum ac-  
cusor nomine, quod nō expresserim Chri-  
ſti sermonem non esse generalem, sed tan-  
tum ad Ecclesiæ primordia pertinere, quæ  
cum quidē erat sanguine martyrum confir-  
mada, & haereticorum tumultibus exercen-  
da: Simul autē ut tutum esse cœpit, desig-  
nare sermo Christi. Primum non ausus  
cum hoc humanū cōmentum Euangelicæ  
maiestati admiscere, pr̄sertim quum id a/  
pud

vid ueteres orthodoxos non repererim,  
& ipsa uerba Christi uiderentur eum sensum  
repercere. Cuiusmodi paraphrastes fu-  
isset, si quum Christus dicat zizaniam re-  
linquendam usq; ad messem, hoc est, ipso  
interprete, usq; ad consummationē seculi,  
ego exposuisset usq; ad annos quadrin-  
gentos, quum iam auctis Ecclesiæ rebus  
tutum erit illos occidere. Dominus ipse  
præscripsit tempus, usq; ad consummatio-  
nem seculi. Nec Paulus hoc nomine docet  
tolerandas hæreses, quod tutum non esset  
hereticos occidere, sed quod per illorum  
improbitatem exerceretur fides ac pietas  
electorum, Oportet inquit, hæreses esse,  
ut qui probati sunt manifesti fiant in uo-  
bis. Quid quod illum sermonem accom-  
modo non externis principiis, sed uitris  
Apostolicis. Quanquam ne illud quidem  
de tuto, prorsus reticuit Paraphrasis, quæ  
sic habet: Interim boni malis admixti fer-  
rendi sunt, quando minori pernicie tole-  
rantur, quam tollerentur. Porro quod  
objiciunt uerba Paraphrasis aliud sonare,  
quam mea sonet explanatio sequens, sensi-  
tunt fortassis de his quæ respondi Bedæ.

Ac

At id mirum non est. In paraphrasi siquidem probatissimos Ecclesiæ doctores sequutus, explano uerba domini; in Supputationibus dispu[t]to cum Beda. Sed quorsum attinet ex hoc loco colligere suspitionem, quasi sentiam hæreticos nō occidentes, cum libris editis pugnem cum eis qui bus hoc dogma placet. Quantum uero docet istis tribuendum sit uel hinc colligi potest, quod toties deprehenduntur maliciose calumniari bene dicta, toties non intellecta dānare, toties palam falsa obijcere.

## PROPOSITIO SECUNDA.

In Supputationibus.

LXXV      Ego principes ad trucidandos hæreticos nec hortor nec debortor. Quid sacerdotalis sit officij, demonstro.  
Ibidem

## CENSURA

Si Ecclesiasticis liceat iuxta iuris dispositionem indicere bella, aut ad indicenda per temporales magistratus inducere aduersus Turcas & Iudeos, non minus utique illis id licebit in notorios hæreticos. In cuius rei comprobationem cum præsulibus adfuit beatus Dominicus ei bello qd' contra Albigenses hæreticos gestu est. Et ubi princi

Principes seculares grauiter delinquerent non exterminādo hæreticos in perniciem reipublicæ Christianæ conspirantes, & in suam hæresim plurimos pertrahentes, teneretur omnibus modis illos inducere orthodoxi episcopi ad id faciendum, alioqui ipsi peccarent. Quare hæc propositio, quatenus prætendit nunquā sacerdotalis aut episcopalis esse officij, principes inducere ad extirpationem hæreticorum, impie nec utiliter profectibus consulit Christianorū, veræ fortitudinis robur in aduersarios fideli eneruans.

## DECLARATIO

Ostenderam Augustinum etiā pro plus, LXXV quam hæreticis intercessisse ne occiderentur, ac subiçio, & tamen ego principes ad trucidandos hæreticos nec adhortor nec dehortor, sentiens me hactenus dissentire ab Augustino, quod putem principes non esse deterrendos ab officio iusticiæ, si moribus exigat extrema remedia. Quid sacerdotalis sit officij, admoneo: Sacerdotis est seruare hæreticos in spem resipiscentiæ, neq; quenquam perdere quod quidem in ipso est. Hoc arbitror præcipuum illorum esse

258 DECLAR. AD CENSVRAS  
esse munus. Si quid præterea sibi sumunt,  
illis non adimo.

PROPOSITIO TERTIA. IN  
ijsdem Supputationibus.

LXXVI CENSURA *Ibidem* **Q** Vis unq; audiuit orthodoxos Episcopos concitasse Reges ad trucidandos hæreticos, qui nihil aliud essent q; hæretici.

Hæc propositio prætendens non licere orthodoxis Episcopis et sacerdotibus consilio & exhortatione generali inducere ad extirpationem hæreticorum, qui nihil aliud sunt quam hæretici, hoc est in fide pertinaciter & contumaciter errantes, nullas excitantes seditiones aut tumultus, contra dispositionem iuris naturalis, diuinis & humani proponitur. Nam si pro munere suo debent Episcopi & sacerdotes alij admonere principes, ut iuxta diuinam ordinatem & suum officium, iusticiam exercerent de alijs malefactoribus (Non enim sine causa gladium portant) multo certe magis idem facere debent de hæreticis, qui nihil aliud sunt quam hæretici: quanto hæresis grauius est peccatum & reipublicæ Christianæ plus nocet. Proinde si ij qui pecuniam

euniam corrumpūt & falsificāt, per quam  
uitæ temporali subuenitur, iuste morti tra-  
duntur: ualentiori ratione hæretici iure ul-  
ta priuantur, qui fidem corrumpunt, quæ  
fundamentum est uitæ spiritualis: quæ il-  
libata pro temporum malitia seruari non  
potest, nisi morte plectantur hæretici, quæ  
vis non aliud sint quæm hæretici. Nam ui-  
detes pleriq; nullo modo deterius agi cum  
ijs qui hæresim profitentur, q; cum alijs:fa-  
cile profecto omni timore semoto hæreti-  
cis adhærerent, atq; inde miseranda subse-  
queretur in rep. Christiana calamitas, dñ  
populi qui prius erant catholica fide Chri-  
stiani, postmodum breui temporis decur-  
sa nihil aliud essent q; hæretici: id quod,  
proh dolor, hodie uidemus. Multæ siqui-  
de illustres ciuitates quæ nuper uere Chri-  
stianæ fuerant, & Christiana pietate insi-  
gnes, modo à uero Christianismo descieu-  
runt: nec aliud sunt quæm föda colluuies,  
aut sentina putida impiorum hæreticorū:  
quod utiq; minime cōtigisset, si ubi primū  
ea pestis suborta est, salutari legum seueri-  
tate in hæreticos, licet nihil aliud essent  
quæm hæretici, animaduersum fuisset.

Hinc

Hinc sane patet quām prudenter Ecclesia huiusmodi hæreticos, si legitime fuerint cōuicti, iusticiæ brachiū secularis decernat relinquendos. Neq; tamen par est interim uiros Ecclesiasticos immemores esse sui officij. Enī enim debent exhortādo, consulendo, docendo, corripiendo, obsecrando, & alijs uījs debitīs salutī consulere talium miserabilium hominum, ut ab impie tate reuocentur.

**Q**UARTA PROPOSITIO ERA S.M.I.  
quæ & tres subsequentes sunt in  
supputationibus eius.

LXXXVII

**D**OCEt Augustinus ferendos hæreticos donec citra grauem Ecclesię cōcussionem possint tolli; sed tolli Augustinus intelligit, à communione separari.

CENSURA.

Tametsi aliquando existimauit Augustinus cum hæreticis uerbo agendum, disputatione cō pugnādum, nec ulterius progressiendum, nisi forte in contumaces micro uibretur anathematis; ubi tamen experientia duce nouit quantum executioni demandatae leges Principum secularium aduersus hæreticos profuerūt, relicta priori sen-

re sententia, legum terrore et poenarum se  
veritate censuit ad unitatem fidei compel  
lendos haereticos, id quod in multis suis li  
bris testatus est.

## DECLARATIO

Hic inter nos nulla discordia est. Faten  
tur sacerdotum esse omnibus studijs eniti,  
ut haereticus seruetur ac resipiscat, in mag  
nis tamen Ecclesiæ periculis episcoporum  
esse, principes, si cessent, officij sui cōmo  
nefacere, sed in generalit: & ego nego me  
legisse quod episcopi concitarint reges ad  
trucidandos haereticos. Nam hoc nō est in  
genere admonere, sed supplicij genus di  
clare. Loquor autem illuc non de his tem  
poribus, sed de Augustino & illius ætatis  
præsulibus. Nam nunc abbates & episco  
pi quidam gratissimum deo sacrificiū ex  
istimant, si suo ferro suaç manu quamplu  
rimos occidunt. Atç ut uerum fateor, qđ  
narrant diuum Augustinum quum prius  
in ea sententia fuisset, ut negaret Cæsaris  
potentiam ad fidei negotia implorādam,  
ubi uideret succedere, mutasse animū: ita  
æque uerum est quod ego scripsi. sed tum  
res erat cum Donatistis plusquam haereti  
cis

Q cis

cis, qui totius Ecclesiæ schisma pernicioſſime moliebantur, & habebant circumcelliones furiosum & efferum genus hominū, qui gladijs occidebant, falcibus mūtilabant, calce exoculabant orthodoxos. Quid nī tales coercent imperator, qui quo uis supplicio erant digni, etiam si nullus accessisset error hæreticus. Et tamē etiam aduersus hos adeò non est imploratum capitis supplicium, ut Augustinus comiti qui saeuius edictum proposuerat obſtituit, metuens ne quem occideret, effecitq; ut mitius edictum proponeretur. Tum enim tora Cæsaris cohortio consistebat intra mulctam pecuniariam, translationem bonorum ab Ecclesijs Donatistarum, ad Ecclesias orthodoxorum: & si nullis redijs possent corrigi præsules, exilium. Detrucidando nulla mentio. Itaque aduersus Pelagium, nunquam agitatum est de imploranda Cæsarum ope, quod non perinde turbaret reip. tranquillitatem. Quin & illis ipsis qui mulctam soluerant, interuentu episcoporum, reddita est sua pecunia, & episcopis si uoluissent mutare dogma, sua manebat in Ecclesia dignitas. Tam  
ca

ta erat illius temporis erga hæreticos & tales hæreticos lenitas. Multa sunt cohercen-  
di genera, citra pœnam capitum. Ab illa cer-  
te lenitate plurimum absunt, qui nunc ad  
quodvis dictum, nouum aut non intelle-  
ctum, protinus clamant ad ignem ad ig-  
nem. Hic igitur inter Theologos & me  
nulla est dissensio.

## PROPOSITIO EIVSDEM

in ijsdem Quinta.

Per Euangeliū uitari iubentur hæretici LXXVIII  
non exuri. CENSURA

Quamuis Euangelium non expresse &  
aperte hæreticos monstrat exurendos, le-  
ges tamen ciuiles quæ conformantur ad  
ius naturale, quod Euangelium non abro-  
gat, morte plectendos atq; concremandos  
iuste decernunt.

## DECLARATIO.

Beda quo probaret ex Euangelio com-  
butendos esse quoslibet hæreticos, obie-  
cit illud: Dic Ecclesiæ, si non audierit, sit  
tibi uelut Ethnicus & publicanus. Ego  
respondeo his Euangelij uerbis admone-  
ti Christianos, ut hominem hæreticum  
& tentatis remedij insanabilem, uitent,

Q 2 non

144 DECLAR. AD CENSVRAS

non exurant. Hoc esse verum haud inficiantur Theologi. Sed quoniam aiunt, Euā gelium non abrogat ius naturæ ac ciuitatis, recte post institutum est, ut qui aliter sanari non possent, suppicio capitum plecterentur. Horum nihil nego, modo principes se ueri sint non sequi, Episcopi discernant hæreseos genus, ut distinguit Augustinus, atque etiam Cæsarum leges, & ubiqꝫ meminerint Ecclesiasticæ mansuetudinis.

PROPOSITIO EIVSDEM

ibidem sexta.

LXXIX

**A**N leges Ecclesiæ sunt, quempiam ultricibus tradere flammis.

CENSURA

Iustas leges magistratum temporarium pro extirpatione hæretorum latae Ecclesia non reprobant, licet illas nolit per Ecclesiasticos qui diuinis omnino officijs sunt addicti, executioni demandari.

DECLARATIO.

LXXIX

Quum ageremus de occidendis hæretis, Beda obiecit mihi leges Ecclesiasticas. Rogo igitur num sint leges Ecclesiastici, quempiam ultricibus tradere flammis. Si quidem Ecclesia non habet ius gladij secularis,

lariis. Sed tales inquiūt, leges Ecclesia non reprobant, licet per sacrificia adductos supplicia non peragantur. Et hoc fateor, quanqu Ecclesiasticorum est ubique legum seueritatem Euangelica mansuetudine temperare.

## PROPOSITIO EIVSDEM DE EA/

dem re, ibidem Septima.

V Eteribus Episcopis ultima pœna e<sup>r</sup> LXXX  
rat anathema.

## CENSURA.

Propter infestationem tyrannorum in primitiua Ecclesia non poterant hæretici seueriori pœna multari quam excommunicationis: postea tamen quam principes seculi Ecclesiæ submisere colla, perspecta contumacia atque impietate hæreticorum, necessarium fuit nedum conueniens, in illos gladio temporali animaduerti. Præcedentes autem quatuor propositiones errorum suffragantur supradictorum hæreticorum negantium licere & expedire, hæreticos contumaces extremis supplicijs coerceri, etiam quando nonnulla inde sequitur perturbatio reip. & hoc exposcat salus multorum.

## DECLARATIO

Et hic mihi cum illis conuenit. Patentur LXXX

Q. 3 ipsi

ipſi uerum eſſe quod ſcripſi, ſed addūne  
poſt mutata temporum conditione neceſſi  
ſario Cæſaris leges minatas hæreticis ca-  
pitis ſupplicium, & hoc fateor eſſe uerum.  
Proinde miror, quum in hiſ propositio-  
niuſ mihi conueniat cum Theologis, quo-  
modo dicitur ſuffragari nescio quibus hæ-  
reticis, qui negant licere & expedire hæ-  
reticos cōtumaces exteriis ſupplicijs coher-  
cere, etiam quando nōnulla inde sequatur  
perturbatio reip. & hoc expoſcat falſa mul-  
torū. Nam tale nihil nec exprimūt, nec ſen-  
tiunt meæ propositio-nes, quæ Cæſarū le-  
gi-bus nō obſtrepunt, ſed quorundā Eccle-  
ſiaſticorū ſæuiciam temperat. Olim princi-  
pum ſeueritatē Eccleſiaſtica mansuetudo  
tēperabat. Nunc monachorū quorundā ſe-  
uicia niſi principū lenitate temperaretur,  
exiret in plusquā Scythicam immanitatē.

## OCTAVA EIVSDEM PROPOSITIO

LXXXI

**Q**uæruntur articuli partim falſi, partim deprauati.

CENSVRA.

Hæc propositio hac ratione hic propo-  
ni uideri potest, ut cum multæ propositio-  
nes poſitæ ſint ſuper punitione hæretico-  
rum

rum, admoneantur qui zelū habent super  
 extirpandis hæreticis aut autoritatē, solici-  
 te caueant ne uehemens sit plus æquo ze-  
 lus eorū, aut non satis discretus: unde con-  
 tingat innoxios dānari; neue plus q̄ opus  
 est tepeſcat, hæreses sinēs pululare, aut no-  
 torios hæreticos tolerans impune. Illibata  
 quoq; sit integritas eorum iudicū qui in  
 causis fidei decernunt, ut iuste quod iustū  
 est exequantur: necq; pecuniax cupiditate,  
 aut alio quousq; sinistro affectu corrupti, à  
 veritate iudicij recedant. Vigilantissime  
 insuper atque diligentissime iuri inniten-  
 do huiusmodi causas fidei examinent ac  
 pertractent: ne forsan subrepat incuria si-  
 ue negligentia, quæ ferendo plurimū ob-  
 sunt recto iudicio. Cæterū præscripta pro-  
 positio, si de peruersis iudicibus, qui neq;  
 deum, neque homines reuerentur, intelli-  
 gatur, proponit quod interdum eueniat:  
 si uero de integris & equis iudicibus, qui  
 nō modo à calumnia alieni sunt, sed etiam  
 à suspitione calumniæ falsa est.

## DECLARATIO

LXXXI

Hic nihil habet censura quod non sit ex  
animi mei sententia, nisi quod nulla erat

Q 4 causa

## 243 DECLAR. AD CENSVRAS

causa dubitandi, utrum ea de peruersis iudicibus, an de æquis & integris scribam, quū in eo ipso loco nominatim exprimam, cuiusmodi iudices notem. Verba mea sic habent: Quod si qui tractant hoc negotiū tales essent, qualē se declarat in hoc libello Beda, hoc est, si tantū spirarent odij, si tantum haberent impudentiæ, tam impotens calumniandi studium, tam corruptum iudicium, ut uideatur citius decem propulsus in hæresim, quam unū reuocatur, nonne belle ageretur cum delatis? Nisi fallor, primū designaret cui male uellet, eum delatum clam, curaret rapiendum in carcere; ibi quererentur articuli, quales plurimos obiicit mihi. Ex quererentur, isti fecerunt queruntur, quasi de omnibus in universum loquar. Hic sermo non patiēt quem dubitare, quin de corruptis agam iudicibus.

TIT. XXIIII. DE DEFECTV VI  
goris Euangelij. Propositio, in Epistola  
præposita paraphrasi in Ioannem.

LXXXII  
In Sup. 243 **N**Vllis seculis defuerunt homines a  
honōs: sed tamen his annis quadringentis  
uigor

*M*igor illius apud plerosq; refrixerat.

## CENSURA.

Hæc propositio quantum ad posterios  
rem partem, uidelicet. Sed tamē his annis  
quadringentis &c. significans his annis  
quadringentis uiros defuisse quibus Euangeli  
o*o*lo suus cōstiterit honos, temerarie alle  
ritur, cum his annis quadringētis uiiri fue  
rint non pauci sanctitate & eruditione cō  
spicui, quales fuerūt Bernardus, Hugo &  
Richard<sup>o</sup> de sancto Victore, Petrus Lombardus,  
Gratianus, Thomas Aquinas, Bonaventura,  
Alexander de Halis, Guillelmus Parisiensis,  
Nicolaus de Lyra, Germon, Thomas Vualden,  
& q; plurimi alij.

## DECLARATIO.

Demiror quis supposuerit hanc censu  
ram. Ait meam propositionem significare  
hisce quadringentis annis defuisse uiros,  
apud quos Euangeli o*o*lo suus constiterit ho  
nos, quum illa palam affirmet cōtrarium,  
uidelicet nullis seculis defuisse homines a  
pud quos Euangeli o*o*lo suus constiterit ho  
nos: nec his quadringentis annis aio extin  
ctum fuisse uigorem Euangelicum, sed re  
frixisse, ne id quidē apud omnes, sed apud

Q; s; plerosq;

## 250 · DECLAR. AD CENSVRAS

pleroscq;. Quorsum igitur pertinet ille not  
minum catalogus, unde alij forsan multos  
exciperent si agatur de uigore spiritus E  
uangelici, quem sentimus in priscis Eccle  
się doctoribus. Sed donemus his omnibus  
fuisse uigorem Euangelicum, hoc ipsum  
probat esse uerū quod meus prædicat ser  
mo, uidelicet nullum fuisse seculum, quod  
non tulerit aliquos viros spirantes Evan  
gelium. Tantū queror illis annis refrixille  
hominum pietatē, animis uel ad mundum  
uel ad Iudaismū propensis. Legat locū qui  
uolet, & reperiet me nihil aliud sensisse.

T I T . XXV DE SABBATO .

Propositio Erasmi. Marci II.

**F**uturum est, ut uere pijs quæuis dies  
sit æque sacra,

## CENS VRA

Hæc propositio innuens cultum diei  
dominicae & aliorum festorum ab Eccle  
sia utiliter & sancte institutorum aliquant  
do in Ecclesia militante abolendum, quod  
in magnam uergeret perniciem Christia  
nismi, irrationaliter asseritur, conformi  
ter ad errorem Beguardorum, qui dicunt  
certum preceptum decalogi, scilicet, Sab  
bata

LXXXIII

In Sup. 170

bata sanctifices, iam cessare, quantum ad  
iustos.

## DECLARATIO

Primum constat ibi paraphrasim sub LXXXIII persona Christi loqui de sabbatis & festis Iudaeorum. Id esse uerum, totius sermonis declarat tenor. Legat qui uolet. Eas legis ceremonias abrogandas Euangelij feruore significans dominus ita loquitur. Fuit olim tempus quo nulla esset sabbati religio, et futurum est, ut uere pijs, qui uis dies sit æque sacer. Nunquam autem nec fuit, nec erit tempus, quo non fuerit, aut futurum sit sanctum, opem ferre egentí proximo &c. Iudaeorum Sabbatum est, quietem agere ab operibus seruilibus: festus dies, immolare uictimas. Verum sabbatum est, animum habere carnis cupiditatibus vacuum: uerum festum, uacare precibus & contemplationi rerum coelestium. abrogatis itaq; legis ceremonijs, uere pijs quilibet dies erat sabbatum, & nullus erat dies non festus, quū nullo præscripto compellente, perseverarent, in ieunijs, uigilijs, sacra doctrina & fractione panis. Hoc Christus fore prædixit, & Paulus pro infirmis habet, qui iudicant inter diem & diem

diem Gentium ac Iudeorum more, quem  
admodum reprehendit eos, qui in cibo po-  
tuie iudicant fratrem. Et sicut per illa uer-  
ba Pauli non damnantur Ecclesiæ consti-  
tutiones de abstinentia ciborū, ita per hæc  
uerba nomine Christi dicta, non damnan-  
tur dies festi ab Ecclesia sapienter & utili-  
ter instituti. Nec mea propositio tale quic-  
quā innuit, quale interpretantur quidam.  
Tantum hoc agit, ut externæ illæ obserua-  
tiones cedant, quoties charitatis officium  
exhibēdum est proximo, propterea quod  
hæc lex sit ppetua, de sabbato et festis non  
item. Valeant igitur Beguardi, qui negat  
obseruandos dies ab Ecclesia institutos.  
An cessaruri sint nescio. Certe hoc nec à  
me scriptum, nec à Christo dictum est, Fa-  
cilius tamen Ecclesia consisteret absq; die-  
bus festis, quàm absq; charitate. Quin &  
hodie pijs qui non minus horrent peccare  
uulgaribus diebus quàm festis, & assidue  
ueriantur in precibus ac meditatione uitæ  
cœlestis, omnes dies æque festi sunt, si tro-  
pum recipimus.

TIT.

## TIT. XXVI. DE ECCLESIA.

Propositio Erasmi Marci III

**E**ccllesia Christi neq; surdos, neq; mu-  
tos, neque cæcos, neq; debiles, neq;  
claudos recipit: huiusmodi autem habet  
synagoga. LXXXIII  
Sup. 174

## CENSURA.

Hæc propositio sic indistincte posita in  
nuere uidetur solos iustos esse de Ecclesia  
militante (de illa enim fit ibi sermo) nō au-  
tem consonat doctrinæ Euangelicæ, quæ  
comparat regnum cœlorum, quod est Ec-  
clesia militans, sagenæ missæ in mare, & ex  
omni genere piscium cōgreganti. Et agro  
dominico, in quo cum tritico subnascun-  
tur zizania.

## DECLARATIO.

Loquitur illic Marcus ut opinor, de Ec LXXXIII  
clesia Christi sponsa, quam purgauit san-  
guine suo, ut non haberet maculam neq;  
rugā, extra quam sunt, animo cœci, manci,  
surdi aut mutili. Tales habebat synagoga  
in precio, externa specie sanctimoniaz sus-  
piciēdos, sed interna pietate uacuos. Eius-  
modi recipiebant pharisæi synagogæ pro-  
ceres, nec sanabant. Contra Christus spi-  
ritualis

ritualis doctrinæ magister tales non recepit in Ecclesiam suam, nisi prius sanatos. Nihil aliud agit paraphrasis, nec hic arbiter quicq; diuersum à doctrina catholica. Locus in paraphrasi sic habet: Tales erant pharisei, qui maluerunt inuidere domino, quam sanitati per eum restitui. Huiusmodi debiles habet synagoga. Cæterum Ecclesia Christi, neq; surdos, neq; mutos, neque cæcos, neq; debiles, neq; claudos recipit. Quisquis est obnoxius malis, ueniat in conspectum Iesu & sanabitur &c. Ex his perspicuum est paraphrasim non loqui de malis, quos Ecclesia tolerat bonis admixtos, quia corda hominū solus nouit deus: quanq; illi apud deū sunt extra Ecclesiam: sed de his qui accedebant ad professionē Euangelicā, que perfectior est & spiritualis.

## TIT. XXVII. DE BEATA VIRGINE

Maria. Propositio prima. Luc. I.

**D**iuini fauoris est (ait Gabriel ad Mariam) quod offertur: non tui merit.

## CENSURA.

Si prætendatur, supposita liberali beneficentia diuina respectu incarnationis, quod beata uirgo nullo modo meruerit esse ma-

ter dei, cuius oppositum Ecclesia decanat, falsa est propositio, & sacrosanctæ uirginis honori derogans.

## DECLARATIO

Non hoc prætenditur, neq; hic agitur de meritis ad salutem, sed de inæstimabili dignitate uirgini delata, ut pareret deum. Illa quo modestior erat, hoc minus iudicabat sese hoc honore dignam, eoque perturba ta est & hæsit nonnihil in sermone angelici. Eam hesitationem ut eximeret angelus, non uult illam exp̄dere sua merita, quum nulla sint hominum merita tanto honorificaria, sed considerare numinis gratuitam benevolentiam, cui sic uisum esset, ut ex humili uirguncula nasceretur redemptor mundi. Hunc autem dei fauorem Angelus appellat gratiam. Porro quod addo: non tui meriti, quod ad expensionem dignitatis ac meritorum attinet, non erat meritum, sed totum gratiæ. Deinde quod minimi momenti est, non solet ad rationem vocari, in qua de maximis agitur. Ad hec, color hic sermonis frequenter sic reperit in diuinis scripturis, ut asseueret tantum. qd' genus est illud; Immolauerunt dæmonijs &

LXXXVII

& non deo. Interdum ut comparationem habeat magis, quam abnegationem, quale est illud: Misericordiam uolo & non sacrificium, pro eo quod erat, misericordia non potius quam sacrificium. Item illud Petri in Actis: Non es mentitus homini, sed deo. Nam citra tropi subsidium, et homini mentitus erat Ananias. De meritis Luterorum tum ne somniabam quidem. Porro me non negare esse aliqua piorum mea rita, uel ex ducentis lucubrationum mearum locis liquere potest.

## PROPOSITIO SECUNDA.

In Elencho.

LXXXVI

Pag. 76

**A**n in pueritia et infantia Christi perfecte fuerit reuelatum beatæ virginis Christum esse deum & hominem, mihi non liquet.

CENSURA.

Hæc propositio crassam ignorantiam Euangeliorū arguit in ita loquente: cum credendum sit beatæ virginis Mariæ tum perfecte reuelatum extitisse, Christū esse deum & hominem. Hoc enim illi angelus, Elizabeth, Reges, pastores, & prophetæ satis indicarant.

DECLAR.

## DECLARATIO.

Si Euangeliū hoc euīdēter expressisset, LXXXVI  
non dixisset, mihi non liquet. Ne Aposto  
lis quidem erat hoc perfecte reuelatum,  
priusquam afflarentur cœlesti spiritu. Sic  
arbitror, nec Magis fuisse reseratum, licet  
legantur adorasse dominū, ac munera my-  
stica obtulisse. Idem dici potest de Eliza-  
betha, & pastoribus. Prophetæ uero tan-  
tum mysterium inuolucris quibusdam o-  
pertum proposuerūt: nec Angelus loquēs  
Mariæ exerte pronunciat, id quod nasce-  
tetur, fore deum uerū ac uerum hominē,  
sed sanctum ac filium dei. Mysterij resera-  
tionem diuina sapientia iuxta tempora ac  
personas, ita dispensauit, ut maxime con-  
ducebat ad hominum salutem. Perfecta re-  
seratio, seruata est spiritui sancto. Non infi-  
cior hoc & alijs reseratum iuxta modum  
aliquem, & pie credendum sacratissimæ  
uirgini plenius reuelatum, quam cuiquam  
alijs, tantum an Christo infante habuerit  
perfectam huius arcani patefactiōem sub-  
dubitabam. Idq; ut facerem partim in cau-  
sa fuerunt probatissimi doctores Chryso-  
stomus & Augustinus, qui tribuunt uir-  
gini

gini matri uulgares aliquos matrum affe/  
ctus, quasi pro autoritate uoluerit impera/  
re filio, & in illo gloriari. Augustinus etiā  
nonnullam dissidentiam illi tribuit, cruci/  
fixo domino, quamvis leuiorem quam ha/  
bebant Apostoli. Hæc sanè non cohærent  
cum perfecta diuinitatis cognitione. Quū  
reperissent illum in templo, magis conue/  
niebat adorare eum, et gratias agere quod  
se non subduxisset, quam dicere, fili quur  
fecisti nobis sic? Nam hic sermo uidet ex  
postulantis. Et in nuptijs non erat necesse  
dicere, Vinum nō habent. Sufficiebat deo  
tantum cogitatio. Nusquam profecto legi  
mus Christum uel à matre, uel à Joseph fu/  
isse adoratum quū esset infans. Verum si  
liqueat Ecclesiæ, quod mihi non liquehat,  
iam & mihi liqueat. Præterea si perfecte no/  
uerat illum esse deum, nimirū & illud no/  
uerat: eum habere patrem, & illius autori/  
tate uenisse ad seruandum genus huma/  
num. Quur ergo non intelligebant sermo  
nem filij dicentis: An nesciebatis quod in  
his quæ patris mei sunt oportet me esse?  
Vnde uidetur fruolum Theophylaci cō/  
mentum; qui scribit illos ueritos, ne se sub/  
duxisset

dixisset in cœlum, uidelicet deserta patris legatione. Quod si mater metuebat, ne offensus abiisset: et ideo dixit, fili quur fecisti nobis sic: illa non meruit increpari, Quid est quod me quærebatis? In quem locum ita scribit Ambrosius. Alibi enim ad ministerium impellit, hic mater arguitur, quia adhuc, quæ humana sunt exigat.

## PROPOSITIO TERTIA

Ioan. II

Patris gloriæ quoties erit seruiendum,

LXXXVII

nihil opus erit tua interpellatione.

In Sup. 14,

## CENSURA

Hæc propositio si uniuersaliter intelligatur, sic scilicet, quod nullo tempore opus sit interpellatione beatæ virginis apud filium, pro rebus diuinis aut ad æternam salutem spectantibus, impia est, ritui Ecclesiæ contraria & hæretica. Alma manus dei mater constituta est à filio, felix cœli porta, pia peccatorum aduocata, ut iuxta scripturas catholica Ecclesia concinuit.

## DECLARATIO

Nec hic satis perspicio, quid sibi uelit censura. Qui possit in paraphrasí hic sermo uniuersaliter accipi, quum illa tractet

LXXXVI

R. z. de

de Maria reprehensa, quod ueluti mater miraculum exigeret, quum eius naturæ, quæ miracula edebat mater non esset, nec expediret humanam autoritatem diuino negocio admisceri. Quod explanat Paraphasis, est apud probatissimos Ecclesiarum doctores, nec sensus habet impietatem. Si nunc est cœli porta, & peccatorum aduocata, nihil obstat illi mea paraphasis.

TIT. XXVIII. DE ANGELIS.

Propositio Erasmî prima. In Elencho CLII

LXXXVIII      **A**N Angelus sit simpliciter homine  
pag. 85      dignior, nescio.

CENSURA

Culpanda iure ignorantia ita dubitanteris, cum etiam aperte id scriptura explicet de quo dubitat. Diminutum siquidem ab angelis filium hominis, contestatur Rex Psal. 8 & propheta David, quum inquit: Ministrasti eum paulominus ab Angelis.

DECLARATIO.

LXXXVIII      Si scriptura aperte expressit, de quo dubito, fatebor ignorantiam meam. Atque scriptura longe aliud exprimit, quam adducunt. neque enim Paulus scripsit paulum

Ium

lum aut paulominus, sed *Bęęxvri*: quod do  
cui ad tempus referendū, non ad modum  
submissionis. Alioqui dominus dum capi-  
tur, accusatur, damnatur, cæditur, conspu-  
tur, & crucifigitur, nam illic de passione lo-  
quitur Apostolus, non solum infra ange-  
los demissus est, uerum etiam infra pluri-  
mos homines. Quod autem ibi citatur ad  
declarandam Christi deiectionem, in Psal-  
mo dictum uidetur ad declarādam huma-  
næ naturæ dignitatē, quæ proxima est an-  
gelis. Sed demus Christum hoc ipso pau-  
lulum immīnutū prę angelis quod assūm-  
psit corpus humatum, non necesse est ut  
angelus sit simpliciter homine maior. De-  
us enim potest humanæ animæ tantum in-  
fundere gratiæ, ut pręcellat angelos: & hu-  
manæ naturæ deus habuit multo plus ho-  
noris quam Angelicæ, quippe qui appre-  
hendit semen Abrahæ, non angelorū quē  
piam. Dicent me loquutum absolute de  
natura hominis & angeli. Id non esse uerū  
declarant, quæ mox sequuntur in Elencho,  
certe deus hominē maiore honore digna-  
tus est quam angelos.

R : DECLAR.

262 DECLAR. AD CENSVRAS

LXXXIX      Sup. 91

TIT. XXIII. DE PETRO APO<sup>STOLO</sup>, PROPOSITIO ERASMI. MATTH. XVI

Petrus dicens Christo, Tu es Christus filius dei uiui: certa & indubitata sententia professus est illum esse Messiam a prophetis promissum, singulari quodam amore, filium dei.

CENSURA

Hæc propositio perperam explicat Euangelicam sententiam, præbens occasionem male sentiendi de diuinitate filij dei, cū Nestorio. Non enim singulari quodam amore dei in ipsum, Christus est filius dei, neque adoptione & gratia, sed origine & natura.

DECLARATIO

LXXXIX

In prima æditione anni 1522. in minusculis, cui adfui, comperies excusum, singulari more filium dei. Singulare uoco, quod ad unum tantum competit: & more dixi pro modo siue ratione, sentiens Christum non communi sensu dici filium dei, sed peculiari quadam ratione, qua nullus aliis dici potest filius dei. Singulari amore typographorum error est, non meus. Id quum & in prologo, & in diuinationibus,

& in Elencho, & in Supputationibus admoneam, miror quur hanc censuram reliquerint referendarij, praesertim quum testentur sese Elenchum & Supputationes legisse. Si sensissem Christum unice dilectum patri, nihil erat impietatis in sententia. Nam ideo dictus est filius charitatis, & filius dilectus, sed tamen eam talibus verbis non expressisse. Nunc quū quod est maxime Christianum, & senserim & expresserim, Christum solum ex hominibus esse natura deum, quorsum attinebat hic meminisse Nestoriorum? Sed hic impositum est facultati ab eis, qui scripta eius quam oportet referunt.

TIT. XXX. DE PAVLO APO/ stolo. Propositio Erasmi. Philipp. III

**T** ergo uera germanaque coniunx

In Sup. 229

xc

CENSURA

Temerarie à communi lectione latina Paraphrastes in paraphrasi latina recedit, quā passim sequuntur catholici doctores, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, & complures alij. Necq; audiēdos censet Hieronymus, eos qui Paulū habuisse uxorem confingant, q; Paulus omnes uelit esse si-

R + cut se

cut ipsum. De innuptis item & uiduis lo-  
quens, bonū dicat illis esse si sic permane-  
rint sicut ipse: id autem nequaquam dice-  
ret, si uxoremipse haberet.

## DECLARATIO

xc

Mea paraphrasis non tollit Ecclesiasti-  
cam lectionem, sed illa intacta admonuit,  
utrumq; sensum sumi posse ex uerbis Apo-  
stoli: nec mihi desunt autores, quos hac  
quidem in parte non minoris facio, quam  
Augustinum. Locus ex epistola no urget:  
quemadmodum satis declaratum est in an-  
notationibus.

TIT. XXXI. DE DIONYSIO A/  
reopagita. Propositio Erasmi in Epistola  
præposita Paraphrasi I. ad Corinthios.

xc i  
*Sup. 293*

Dionysius qui in secunda Hierarchia,  
ritus satis copiose describit, eruditis recen-  
tior quispiam fuisse uidetur, quam fuerit  
Areopagites ille.

## CENSURA.

Non uere eruditis, sed temerarijs, & no-  
vitatum studiosis uidetur non esse Diony-  
sius Areopagites, qui libros Ecclesiastice  
Hierarchiae conscripserit. Quandoquidem  
ab

ab ipso Dionysio Areopagita fuisse conscriptos constat: primum ex ipsis Ecclesiasticæ Hierarchiæ, & alijs eiusdem autoris libris: deinde clarorum virorum testimonio idem comprobatur. Postremo septima generali synodo id sit dilucidius: in qua magister Dionysius appellatur, is qui libros scripsit Ecclesiasticæ Hierarchiæ.

## DECLARATIO

xcii

Huius proloqui contentionem iam pridem remisi, quanquam hoc à me paucissimis uerbis sub aliorum nomine positum erat: ac Iodoco Clithoueo non sine dente lacessenti obticui, non quod mihi nulla essent argumenta, sed quod crederem hoc certamen nec ad fidei negotiū, nec ad pietatem magnopere pertinere. Illud arguit enim, quod isti putat irrefutabile, uide et admixta quædam illis libris, quæ continent eos esse scriptos ab Areopagita, facile discuteret alius. Diceret eum qui scripsit eos libros id studio curasse, ut ab illo magno Dionysio scripti uiderentur. Nec id uideri potest absurdum, quia illo seculo eiusmodi libris falso celebrium virorum titulo commendatis vnde scaterent omnes.

R. S. nia

nia. Tum enim pijs etiam uiris persuasum  
 erat, deo gratum esse, si tali fuso populus  
 ad audiitatem legendi prouocaretur. Por/  
 ro quod aiunt nemine dubitare praeter in/  
 eruditos ac temerarios, quid de Laurentio  
 Valla sentiant nescio, quid de me, no labo/  
 ro: unū certe proferam, cui nec imperitia,  
 nec temeritas ascribi potest. Is erat Guili/  
 helmus Grocinus Anglus, uir dū uiueret,  
 seuerissimæ castissimæq; uitæ, Ecclesiasti/  
 carum constitutionum obseruantissimus,  
 penè usque ad superstitionem scholasticæ  
 Theologiæ ad unguem doctus, ac natura  
 etiam acerrimi iudicij, demū in omni disci/  
 plinarū genere exacte uersatus. Is ante an/  
 nos triginta Londini in æde diuino Paulo sa/  
 cra, magna celebritate cepit profiteri Eli/  
 archiam ecclesiasticamq; in præfatiōe  
 stomachatus est in eos, qui negarent esse  
 illum Areopagitam, notans opinor Lau/  
 rentium Vallam. Verum ubi iam aliquot  
 hebdomadas esset professus, atque ut sit,  
 proprius ac familiarius introspexisset au/  
 toris ingenium, non dubitauit apud eos  
 dem auditores παλινωθεμ priorem senten/  
 ciam, profitens sibi nequaquam uideri Dio/  
 nyſij

hysij Areopagitæ. Recens adhuc est Gro  
cini memoria, facile possum redargui, si  
quid mentior.

TIT. XXXII. DE THEOLO  
gia scholastica. Propositio Erasmi  
prima. In Epistola præposita para  
phrasi Epistolæ ad Ephesios.

**I**am ars esse cœpit Theologia potius  
quam sapientia; theatrica uerius quam  
ad ueram pietatem accommodata. Hanc  
præter ambitionem & auaritiam uitiarūt  
& alia pester, adulatio, contentio, ac super  
sticio. Qnibus rebus tandem eò uentum  
est, ut Christus ille purus, propemodum  
esset obrutus humanis argutatiōibus; lim  
pidissimi quondam Euangelicæ doctrinæ  
fontes, Philisteorum scrobe oppleri, diui  
næq; scripturæ regula nūc huc, nunc illuc  
detorta, nostris seruiret affectibus potius  
q; glorię Christi. Quidam pia certe mente  
conati sunt orbem ad pristinā studiorum  
simplicitatem reuocare, atq; à lacunis iam  
fere turbidis, ad uiuas illas ac purissimas  
scatebras reducere. Eam ad rem concilian  
dam, linguarum & bonarum (ut uocant)  
litera

xcii

In Sup. 228

literarum cognitio uisa in primis conduce  
re, cuarū neglectu uidemur huc prolapſi.

## CENSURA

Hæc propositio tres habet partes, qua-  
rum prima innuens Theologiam schola-  
sticam esse artem potius humana tractan-  
tem quam diuina: ac spectaculis mūdanis  
magis accommodam quam pietati, perpe-  
ram ut aliae multæ ab hoc scriptore in odi-  
um illius asseritur. Nam quamvis ab hu-  
manis disciplinis opem nonnunquam su-  
scipiat, non sic tamē quin earū subsidium  
in Theologicæ ueritatis perscrutationem  
conuertat. Quod si aliqui plus æquo in pe-  
regrinis disciplinis immorentur, non con-  
tinuo illorum uitium Theologiæ uenit ad  
scribendum: quandoquidem sunt plurimi  
percelebres doctores, qui suis luculentis  
doctrinis totum terrarum orbem illumina-  
rūt; quibus si imbutus fuisse hic scriptor,  
uarios eosq; pudendos errores, quos suis  
libris immiscuit, facile evitasset. Præterea  
si coram multis tractari soleant Theologi-  
æ disputationes, non protinus theatrica  
dicenda est Theologia: quam conducibile  
est publice huiusmodi tractare, quo pluri-  
bus

bus consulat, ueritates Theologicas mani-  
festando ac defendendo, & oppositos er-  
tores eliminando. Secunda pars incipiens  
ibi. Hanc præter ambitionem &c. innuës  
doctores scholasticos in suis expositioni-  
bus uitiasse scripturā, eamq; repugnātem  
nō ad ueritatem, sed ad humanos affectus  
pro sua libidine detorsisse, ueritatis expers  
est; nec obscure improbam indicat proca-  
ritatem enunciantis. Non enim aliam so-  
lent probati scholastici doctores scriptura-  
rum intelligentiam sectari ab ea quam te-  
nent, & hactenus tenuerunt orthodoxi in-  
terpretes: quamuis in aliquibus quæ sunt  
præter fidem aut non de necessitate expli-  
cite credenda, diuersa interdum sentiant.  
Tertia pars incipiens ibi: Quidam pia cer-  
te mente &c. duo innuit, unū quod Theo-  
logia scholastica studiorum simplicitatem  
sustulit: qd' manifeste falsum esse constat,  
cum illa circa fidem & mores uersetur, in  
quorum recta cognitione potissimum con-  
sistit simplicitas studiorum. Alterum est  
quod huiusmodi simplicitas studiorū per  
linguarum & politiorum literarum peri-  
tiam reuocetur: quod non omnino est con-  
cedendum

cedendum. Nam quamvis aliqua ex parte  
hæc ad illam conducant, non tamen usq;  
adeo ut Theologia scholaſtica, quæ præci-  
pue ſenſus attendit, non uerborū proprie-  
tates, quas ex grammatica præſupponit.

## DECLARATIO

**xcii**

Censura hæc illo nititur fundamento,  
quod damnem ſimpliciter ipsam Theolo-  
giam: id ſi uerū eft quicquid hic dicitur, he-  
ret in uniuersum Theologorum ordinem:  
Atqui cum Theologia ſit ſacrorum uolu-  
minū intelligentia, quiſ furor eſſet id dam-  
nare, quo ſecundum deum Ecclesia nihil  
habet melius aut felicius? Ergo perſpicuū  
eſt me non ipsam taxare professionem, ſed  
quofdam rem optimā non optime traſtan-  
tes. Sic enim loquor: Iam ars eſſe cœpit  
Theologia: ac ſubijcio, ambitionem, auari-  
tiā, adulatiōnem, cōtentioñem, ac ſuper-  
ſitionē, utiq; non ſcientiæ, ſed hominū  
uitia, quibus ea professio non nihil ſit uitia-  
ta. Quod ſi qui ita loquatur: Nunc miſſa  
cœpit eſſe quæſtus ac uiaticum imperito-  
rum ſordidorumq; hominum: nō miſſam  
damnat, ſed hominū mores: nihilo ma-  
gis hic meus sermo laedit Theologiam uel  
ſcholaſticas.

scholasticam, uel non scholasticam. Proinde quæhic dicuntur in genere, non in omnes hærent Theologos, sed in eos quos ibi designo. Ac sensim inquiens, eò succreuit, ut neglecta linguarum ac politioris literaturæ peritia, immò neglectis diuinis uolumibus, in curiosis, superuacaneis & immodicis questiunculis, uelut ad Sireneos scopolos consenescerent. Iam ars esse cœpit Theologia, potius quam sapientia, Theatrica uerius, quam ad ueram pietatem accommoda &c. Si nulli sunt aut superioribus annis fuere tales Theologi, q̄ spectant ad dignitates magis quam ad Christum, qui pecuniae studio, parum syncere tractat uerbum dei: qui in gratiam pontificum aut aliorum principum detorquent scripturas: qui malunt tueri falsum, quam à sua sententia decedere: qui plus satis tribuunt externis in quibus non est sita uera pietas, neglectis ijs quæ sunt uiciniora salutis: qui curiosis questionibus insenescunt: merito vanitatis arguatur Erasmus. Sed si talium nimis multa turba est ubiq̄, hoc admonuisse officium est in ordinem Theologicū, non contumelia. Itaq̄ quum aiunt non adscribendum

bendū ipsi Theologiæ, si quid delinquunt  
hi uel illi Theologi, plane mecum faciūt.  
Eadem enim ubiqꝫ & sentio & prædico.  
Nec video quur commemorandum duxer  
int extitisse doctores per celebres qui suis  
luculentis doctrinis totum orbem illumina  
runt, quasi quisquam hoc neget, sed que  
rimur tamen paucos existere. Scholasticam  
autem Theologiam non ideo uoco Thea  
tricam, quo. i. fiat in publico, nam id esset  
totam damnare scholasticam: sed quod in  
illis diatribis, præsertim celebrioribus qui  
bus creātur Baccalarij aut Licentiati, mul  
ta sæpe proponantur ad ostentationem in  
genij, quæ neqꝫ necessaria sunt neqꝫ utilia.  
Id esse uerum, nec ipsi ut opinor inficias  
ibunt Theologi. Tantum de primo propo  
sitionis articulo. In secundo cōuenit inter  
nos. Non enim aliam inquiūt, solent pro  
bati scholastici doctores scripturarum in  
telligentiam sectari, quam tenent & hacce  
nus tenuerunt Orthodoxi interpretes. I  
dem de probatis Theologis semper sensi,  
at mea querela est de improbatis, Quan  
quam probati quoqꝫ scholastici frequen  
tissime dissentunt ab orthodoxis interpre  
tibus

libus: nonnunque in meis scriptis impium ac blasphemum uocant, quod in illorū libris euidenter expressum est. In causa est quod non ita multi ueteres euoluunt. Superest tertia pars in qua duo reprehenduntur, alterū quod uideor sentire, simplicitatem studiorum sublatā per scholasticam Theologiam: alterū, quod significo studiorum simplicitatem per linguarum & politioris literaturæ peritiam posse reuocari. Respō deo, uicio quorundam factum, ut Theologiam habeamus difficultatibus superuacaneis spinosam. Neget hoc esse uerū qui perpenderit, quantum humanæ philosophiae Thomas & huic similes inuixerint in Theologiam, quātum spinarum de suo etiam addiderit Scotus, ne quid cōmemorem de cæteris. Verum interim haud scio an consentiamus in simplicitatis uocabulo. Mihi simplicitas opponitur curiosis subtilitatibus, illi putat simplicitatem esse sitam in recta intelligētia fidei ac morum, simplicitatem appellates synceritatem. In altero mihi planè cum illis conuenit, plus conduceret ad studiorum simplicitatem scholastica Theologia, si Theologi pretermis

Sed termisis

termis̄is ambitionis ac superuacaneis diffi-  
cultatibus, in ipsis fontibus potissimum  
uersarentur; uerum ad hoc ipsum penē ne  
cessaria est linguarum cognitio, nō modo  
conducibilis. Mibi quantum tribuant, ipsi  
uiderint; certe non sum ut arbitror, omnī  
no rudis optimorū autorum: & si tantum  
ualet scholaistica Theologia ut non patia-  
tur quenquam prolabi in errores: miror,  
unde Ioannes Hus et Vuitcleuus, atq; etiā  
Luterus hauserunt tantam errorum senti-  
nam, quum omnes scholaistica Theologia  
fuerint imbuti.

PROPOSITIO SECUNDA. IN  
præfatione in Hilarium cum se-  
quentibus.

**XCIII** **N**ouam in rebus diuinis, qui nihil ali-  
ud sunt quam homines, ~~deotata~~ com-  
menti sunt: que quidem plus quæstionum  
& atrociores tumultus excitauit orbis  
olim Arianorum temeritas.

CENSURA.

Cum paucis & ueluti compendio quo-  
dā catholicas ueritates scholaistica Theo-  
logia fideliter decernat, sicq; suos institui-  
at, ut non facile in errores prolabatur, hac  
propo-

Propositione erronee & temerarie doctrinæ scholastice detrahit hic scriptor ab eius studio quantum in ipso est, peruerse retrahens: quod utile & necessarium esse sacra concilia ostendunt: quæ generalia studia, & deputata illis gymnasia pro huiusmodi exercitatione Theologiae comprobarunt, atq; multis priuilegijs ac immunitatibus donauerunt.

## DECLARATIO

XCIII

Hæc propositio non solum truncatim, sed etiam depravate refertur. Locus in præfatione sic habet: Atq; hac in re adeo modum nesciere quidam, ut posteaquam nihil non definierant de rebus diuinis, nouā in his qui nihil aliud sunt quam homines ~~Ge'or'g'ia~~ commenti sint &c. Primum qui dicit quidam, nō sentit de uniuerso Theologorum ordine. Loquor autem illic de ijs qui Romano pontifici tribuunt plus satis, quorum adulacionem scio nec Theologis probari. Id satis arguebat libellus quo responderunt Card. Caietano. Proinde præter æquum, hoc meum dictum ad uniuersam scholasticam Theologiam detorqueatur. Sed quomodo recte pronunciet facultas, si res secus, quam habet proponatur.

S 2 PROPO

## PROPOSITIO EIVSDEM TERTIA

In eadem in Hilarium præfatione.

xciii

**N**obis qua fronte ueniam poscemos, qui de rebus lōge semotissimis à nostra natura tot curiosas ne dicam impias mouemus quæstiones, tam multa definimus quæ citra salutis dispendium uel ignorari poterant, uel in ambiguo relinquī. An non habiturus consortium cum patre & filio & spiritu sancto qui nesciat ad philosophiæ rationem expedire quid discernat patrē à filio, quid ab utroq; spiritum sanctum, quid intersit inter filij natuitatem à patre, & spiritus processionem?

QVARTA EIVSDEM PROPOSITIO: Ibidem.

xcv

Non damnaberis, si nescias utrum spiritus à patre & filio proficiscens unicum sit principium, an duo.

CENSURA.

Quamvis certū sit, simplices absq; profunda horum mysteriorum intelligentia saluos esse posse, hæ tamen propositiones quibus ut ex præcedentibus liquet auctor innuit superuacaneum esse ac inutile doctrinæ studiū & indaginem, per quæ deo iuuante

iuante & cooperante talia diuina myste-  
ria aperiunt & explicant, in iniuriam asse-  
rentur sanctorum doctorum, Augustini,  
Hilarij, Hieronymi, Ambrosij, Basilij, Na-  
zianzeni, Chrysostomi & aliorum, quos  
non frustra laborasse exploratum est, eius-  
modi argumenta tractando. Sunt insuper  
supradictæ propositiones sacris concilijs  
generalibus cōtumeliosæ, quæ tales mate-  
rias de trinitate & consubstantialitate per-  
sonarum diuinarum ex scripturis ob inci-  
dentes calumnias hæreticorum crebro de-  
ciderunt & definiuerunt, aut potius decla-  
rauerunt: quamuis ante tales definitiones  
aut declarationes Ecclesia de illis nō dubi-  
tauerit.

## DECLARATIO

Quū in confessio sit priscos illos si quan-  
do coguntur de natura diuina philosopha-  
ti, religiosissime precari ueniam, de hoc lo-  
quutus subiçio, Nobis qua frōte &c. Qui  
sermo quid aliud habet quām querimo-  
niam de his, qui de similibus argumentis  
curiosas ac propemodum impias mouent  
quæstiones, multaq; definiūt, quæ citra sa-  
luti dispendium uel ignorari poterāt, uel  
in ambiguo relinqu. Hoc esse uerum de

xciii

xcv

S 3 multis

multis, ipsi Theologi neq; nesciunt fieri  
neq; factum probant. Necessarias ac so-  
brias de diuina natura quæstiones non im-  
probo, præsertim si iuxta scripturatum o-  
racula cum tremore peragantur. Curiosas  
ac superuacaneas noto. ac retuli tum duo  
exempla; alterum quid discernat patrem  
à filio, quid ab utroq; spiritum sanctum:  
alterum an pater & filius spirantes tertii  
am personam, sint unum principium an  
duo, Ea si non placent in promptu sunt in/  
numeræ quæstiones simpliciter curiosæ &  
superuacaneæ, quæ partim extant in libris  
Theologorum, partim audiuntur in solen-  
nibus diatribis, ac sacrís interdum concio-  
nibus. Quale quum nihil reperiatur in ue-  
terum scriptis, qui tamen magna religio/  
ne precantur ueniam, de rebus humanum  
ingenium excedentibus uerba facturi, nul-  
la facta est iniuria neque sacris doctoribus  
neque concilijs, Nec inquisitiones sobriæ,  
neque definitiones necessariæ improban-  
tur, tantum curiosæ & irreligiosæ taxan-  
tur.

QVINTA

QVINTA EIVSDEM PROPOSITIO  
In eadem præfatione in Hilarium.

**E**A quæ nos scrutamur, quæ definiti-  
mus, nec sacris literis prodita sunt, ut  
si comprehendendi non possint, certe credi de-  
beant: nec ullis rationibus probari, nec co-  
gitatione concipi, nec similitudinibus ad-  
hibitis adumbrari, ut sunt, possunt. In qui-  
bus uestigandis cum à clarissimis ingenijis  
summa ui diu desudatū fuerit, hic demum  
est extremus profectus, ut intelligant se ni-  
hil scire: & adeò ad uitæ pietatem nihil fa-  
ciunt, ut nusquam magis habeat locū illud  
Pauli: Scientia inflat, charitas ædificat.

1. Cor. 8

xcvi

## CENSURA

xcvi

Quæ scrutantur, quæ definitiunt catholi-  
ci doctores & sacra concilia de beatissima  
Trinitate & de diuinis personis credenda,  
constat in sacris scripturis contineri: nec  
ab re rationes, suasiones, similitudines atq;  
manuductiones ab illis adduci ad tāta my-  
steria utcunq; intelligenda. Nec is utique  
labor inutilis est aut infructuosus, sed ma-  
xime ad pietatem conducit Christianæ re-  
ligionis: quem non scientia, quæ inflat,  
ut temerarie scriptor iste asserit, sed cha-

S 4 ritas

280 DECLAR. AD CENSVRAS  
ritas quæ ædificat, promeretur.

DECLARATIO

XCVI

Censura iusta foret, si hęc scripsissim in probatos Ecclesiæ doctores, deçp his quæ Ecclesiæ autoritas ex arcanis literis præscripsit nobis credenda de sacra triade, nō autem de curiosis, ambitiosis, ac superuacaneis disceptationibus circa mysteria diuinæ essentiæ. Si negabūt tales esse profferam ducenta exempla è libris scholasticorum. Adde quod rerum nec necessaria, nec comprehensibiliū molestiam auget, mira taliū inter ipsos dissensio. Proinde quum superiores censuræ falso ut dixi, fundamento innitantur, imaginantes hęc in ipsam Theologiam, & in uniuersum Theologorum ordinem dicta, nihil ad me pertinent. Theologiæ studium fateor esse saluberrimum omnium, synceros Theologos amo syncero pectore, Tantum de his queror quæ non arbitror cuiquam probo Theologo probari.

XCVII

CONCLVSIO HVIVS OPERIS.  
**H**AEC itaq; sunt quæ super propositis Erasmī assertiōibus decernēda dijū dicamus, quæ ideo pluribus expressimus, ut

ut plenius cognoscant omnes quām absurdia sint & stulta, quæ olim impij hæretici Ariani, Aeriani, Valdenses, Beguardi, Turelupini, Vuitcleuistæ, atq; his temporibus Erasmus & Luterani contra Ecclesiæ definitiones atq; instituta ausu sacrilego assere non erubuerunt; illosq; atq; pestilentes eorum errores prorsus rejiciant, & soli adhæreāt Ecclesiæ catholicæ, quæ in fide & moribus errare non potest. In his enim semper à spiritu sancto dirigitur. Propter qd scribit Apostolus, Ecclesiam columnā esse & firmamentum ueritatis. Hinc profecto constat eos qui illi reluctantur, turpi ueritate aberrare; quod legendo hæc uel rudes & imperiti facile percipient. Rationes enim adducuntur, ac diuinorum uoluminum citantur testimonia, quæ manifesta reddere ualeant nec inefficacia quæ decernuntur. Vnde confunditur eorū impietas, qui usque adeo grauia errata purioris Christianismi uel syncerioris doctrinæ prætextu innouare moluntur. Huc etiam accedit quod succurrendum fuit illorum imbecillitati, qui uera esse credūt quę splendore illustrantur orationis; contra uero fal-

S, sa,

sa, quæ rudi et incompto sermone scribuntur: minime attendentes inter hæc & illa non minus esse discrimen, quam inter uasa & ea quæ in illis continentur, quod saepe maximum est. Nam nonnunquam aurea uasa, quibus similes sunt ornati sermones, mortifera continent uenena: ubi testea, quibus comparantur inornati, salubrem continere liquorem perspicuum est. Consulendū item fuit ihsus qui græcas nosse & hebraicas literas, perfectam putant esse & consummatam Theologiam: cum tam qui eas norunt, si nō alioqui in Theologica disciplina fuerint instituti, grammatici censendi sunt nō Theologi: quēadmodum & qui latinas profitentur non ultius progressi. Ut igitur omnium horum ratio haberetur, ac illis dilucidius ueritas monstraretur, & efficacius, operæpræcisum fuit prolixiori tractatu rem hanc deducere. Sic enim plerunque ueri aperiuntur sensus scripturarum, hæresum fontes desiccantur, & technæ atq[ue] calumniæ deteguntur hæreticorum. Hac etiam ratione pericula deuitantur quæ ex suspectis libris proueniunt, aut ex his qui quamvis ele-

gantet

Ganter & nitide conscripti sint, non tamen  
carent ueneno damnatę Vuitcleuicæ &  
Luteranæ doctrinæ.

Acta sunt hæc in nostra congregatione  
apud collegium Sorbonæ, post diutur-  
nam ac maturam discussionem die xvij.  
Decembris, Anno domini millesimo quin-  
gentesimo uicesimo septimo.

## CONCLVSI O

Quis sit autor conclusionis nescio, sed **xcvii**  
satis præter meritum meum odiose miscet  
nomen meum cū nomine Lutheri, quum  
in his omnibus propositiōibus ne una qui-  
dem sit, quæ mihi uere conueniat cum Lu-  
tero, aut quæ conuellat definitiones aut  
instituta Ecclesiæ: ut sacratiss. facultas ma-  
gis damnarit quod falso delatum fuit, aut  
quod sinistre suspicati sunt quidam, quām  
quod à me scriptū est. Quin & uigilan-  
tiam laudo, quod admonent omnes, ut re-  
iectis erroribus, Ecclesiæ adhærent, quæ  
non potest errare: addendum tamen erat,  
in his duntaxat quæ necessaria sunt ad  
salutem: sed ab hac Ecclesia Erasmus nun-  
quam sciens latum culmum digressus est,  
strenue depugnans cum his, quibus me  
quidam

quidam student coniungere. Recte monent & illud, non statim esse pium quod est uerbis expolitum: at nec statim pium est, quod est sermone incondito prolatum. Rectissime uero monet, ne qui gravem aut latinam linguam callet, statim habetur pro absoluto Theologo. Meditandum est enim noctes ac dies in legedomini, optimi quicq; autores evoluendi, quae res nec paucorum annorū est, nec exigui laboris.

## SEQVN=

TVR QVAEDAM PROPOSITIO  
nes Erasmicæ, Censura eiusdem Faculta  
tis Theologicæ, qua superiores, notaræ;  
sed per describentis oscitationem impres  
sori non traditæ: quas quia suis locis  
nunc apponi non poterant ad  
calcem duxit appo  
nendas.

AD TITVLVM VII. DE FI  
ducia bonorum operum & merito  
rum, apponendæ sunt hæ duæ propo  
sitiones, Ex libello Erasmi de  
misericordia Dei.

## PROPOSITIO PRIMA.

**Q**uantis malis parent qui fiduciām  
posuerunt in meritis ac factis suis.

## Propositio Secunda.

Domine ut scuto bona voluntatis tuæ  
coronasti nos. Cum audis (air Erasmus)  
bonæ voluntatis, intelligis excludi fiduci  
am meritorum.

## CENSURA.

## CENSURA

Duplicem esse fiduciam meritotum extor  
ploratum est: alteram peruersam & exclu  
dendam, eam uidelicet quæ plus suæ iusti  
cæ & meritis tribuit quam diuinæ gratiæ  
aut misericordiæ, quæ arrogantia intume  
scens alios contemnit quasi à se & sua uir  
tute merita habeat non dei gratia & misericordiæ, in gratitudine quoque languescit  
minime gratias agens deo omnium bono  
rum largitori, dum non attendit q̄ præci  
pius sit auctor meritorum bonorum col  
gitatuum affectuum ac operationū. neq;  
enim ut scribit Apostolus, sufficietes su  
mus aliquid cogitare à nobis tanquam ex  
nobis, sed sufficiëtia nostra ex deo est qui  
in nobis uelle operatur & perficere, quia ta  
men sic illa in nobis operatur, ut & nos cū

**2. Cor. 3**

eo operemur. quod monstrans Apostolus  
afferit non fore inanem laborem fidelium,  
eos q̄ admonet ne inuacuum gratiam dei  
recipiant, in se istam gratiam dei uacuum  
non fuisse dicit, sed secum laborantem, un  
de patet hominis uoluntatem in bonis o  
peribus habere suam actionem, quamvis  
primatū bonorum operū & principalem  
actio

**2. Cor. 6**

actionem deo & gratiæ eius deberi certū  
sit non humanæ uoluntati aut libero arbitri-  
o, quem sibi asscribens hæc uana impia  
ingrata et presumptuosa fiducia meritorū  
aut bonorum operum maxime à se elon-  
gat fontem diuinæ misericordiæ, & ideo  
excludenda est. Altera aut̄ est fiducia me-  
ritorum siue bonorum operū pia humiliſ  
nec ingrata. Quæ antea in secunda propo-  
ſitione huius tituli plene explicata est. hec  
autem non modo utilis est omnibus Chri-  
ſtianis adultis, sed & necessaria: obligatur  
enim fideles adulti credere bona opera cū  
dei gratia esse necessaria & requisita ad ha-  
bendum uitam æternam. obligantur quo-  
que desiderare eandem uitam æternam, et  
ponere eiusmodi bona opera ad eam com-  
parandam. iudicare etiam tenentur q̄ de-  
us benedictus illa bona opera præmiabit  
sicut ipse decreuit. & patet per scripturas,  
hoc clare explicat Apostolus: nam cum in  
uniuersali sua bona opera prænominaſſet  
dicens, Bonum certamen certauī, cursum  
cōſummaui, fidē seruaui, mox subiūgit, In  
reliquo reposita est mihi corona iusticiæ.  
quā reddet mihi dominus in illa die iustus  
iudex

2. Tim. 4

iudex. Et ne quis putaret solis bonis operibus suis reddendam mercedem, beatæ immortalitatis coronam, subdit, non solum sibi illam tribuendam, sed & his qui diligunt aduentum domini, hoc est fidelibus bene in hac uita laborantibus, qui domini expectant aduentum. Proinde debent fides iuxta definitionem Apostoli in hac uita bene operari, & bene operando certo à domino mercedem expectare: alioqui fiducia spei catholicæ careret, sine qua non saluant adulti. quapropter si præfatæ propositiones huiusmodi fiduciā meritorum & bonorum operum respuat aut inficiuntur, Luteri impietati suffragentur: secus autem si de prima fiducia intelligentur, quæ ut dictum est, omnino est abiecta.

## DECLARATIO.

Nunc ad accensas propositiones, quas dormitabundus ille Theologorū Amanensis non in tempore tradidit Badio, quū quinquenniū habuerit ad describendum. Mirum autē quo casu hæ octo relictæ sint quum operis conclusio iam fuerit excusa. Quis non intelligat hos fucos, aut iocos potius uesperiales? Aut quis non sentiat hoc

hoc studio procuratum, ut Erasmus ac Lutherus inexplicabiliter misceretur. Erasmus autem ueluti coryphaeus præcederet, & idem sequeretur, ut imperiti credant illum huius negocij, & &c. Mira uero talium Theologorum grauitas.

## I &amp; II

Illic nihil aliud doceo, quam fiduciam in misericordia dei collocandam potius, quam in nostris meritis ac factis. Ac fiduciam simpliciter appello summam certam spem: humanis enim meritis quam minimum tribuendum arbitror, gratissima autem Christo modestia fuerit, si quis nihil omnino tribuat. Bona opera requiri in adultis, fateor maxime. Quod uero negant fore spei Christianæ fiduciam, nisi fidamus benefactis nostris: nemo firmi sperat, quam qui sperat in promissis ac misericordia dei & in meritis Christi. Et tamen humilem illam fiduciam quam ponunt, ego sanè non rejcio, quanquam nusquam lego dictum homini, habe spem in benefactis tuis, aut ille confidit operibus suis.

T AD

AD TITVLVM XX. DE COE  
libatu Sacerdotū. Propositio ex li/  
bro de interdicto esu carnium.

**III** **M**Ultæ causæ suadent mutationem  
legis cœlibatus in Ecclesiasticis.

## CENSURA

Hæc propositio quatenus prætendit  
causas mutatiōis huiusmodi legis ualidas  
esse, falsa est, uehementer scandalosa, & in  
Ecclesia sancta schismatis Luterani, ac hæ/  
resis eiusdem impiæ, nutritiua. Multæ e/  
nim sunt & efficaces cause impellentes ad  
sanctam legis cœlibatus sacerdotum ob/  
seruationem retinendā, & nullatenus mu/  
tandam: & nullæ (quæ quidem iustæ sint)  
ad oppositum. Nam si diuino cultui depu/  
tatis in lege ueteri, cuius sacramenta um/  
bræ tantum erant sacramentorum nouæ  
legis, in ordine uicis suæ altari deseruienti  
bus necessariorum erat continere: cum ta/  
men ipsi per successionem generationis  
ministrare altari astringerentur, nec in sua  
esset libertate hoc officium recusare: eos  
enim necessarium erat huiusmodi munus o/  
bire qui de leuitica fuissent tribu exorti:  
potiori utiq; ratione ministris altaris com/  
petit

petit continentia. Non enim, ut illi, per generationem assumuntur, sed per liberam propriæ uoluntatis electionem: nam nequaquam sacros ordines suscipere quispiam compellitur, sed qui uult ordinatur, qui respuit ad illud non astringitur. Suntanea autem uoluntate sacros ordines suscipientibus sapienter spiritu sancto suggerente continentiam Ecclesia adiecit, habita præsertim ratione usque adeo præcelentis dignitatis tantorum sacramentorum quibus nihil sanctius, nihil spiritualius, nihil diuinius: quapropter qui illis depurantur par est spirituales sint & à carnalibus desiderijs eorumq; occasionibus & fo mentis maxime elongetur: ut casto animo ac incontaminato corpore sancta et immaculata hostiam offerre mereantur: neq; admiranda illa & tremenda attrahet mysteria, qui nō eximia pollēt sanctimonia. Huc accedit q; qui uitā cœlibem agūt, externa occupatiōe, aut uxoris liberorumue sollicitudine minime præpediuntur: quominus sa cræ lectioni, orationi, meditatiōi, cæterisq; id genus, uitæ cōtemplatiuæ officijs uacet liberius. Si aut̄ uxores ducerent, qui sacros

T 2 ordi-

ordines suscipiunt, minus profecto libere  
domino intenderent. Nam ut ait Aposto/  
lus, qui cū uxoribus sunt, solicii sunt quæ  
sunt mundi, quomodo uxoribus placeat:  
& diuisi sunt quamobrem cum magna in  
quietudine uiuerent sacerdotes cum uxo/  
ribus oneribus matrimonij implicati: ob  
quæ multum eos oporteret negotijs secu/  
laribus inuolui, à quibus tamen ipse Apo/  
stolus deo militantes abstinere debere de/  
cernit. Qui uero continentis sunt & cœ/  
libes permanent, quæ domini sunt cogi/  
tant, quo scilicet pacto possint deo placere  
& castimoniam seruare, ac puritatem ani/  
mæ & corporis: necnon & peruigilant  
qui curam habent animarum tanquam do/  
mino de creditis sibi ouibus rationem red/  
dituri, in magnam præterea perniciem Ec/  
clesiæ concessa ecclesiasticis coniugia re/  
dundarent, infinita siquidem propemodū  
confusio in Ecclesiam induceretur in im/  
mensum excrescente filiorum & filiarum  
multitudine, quæ sumptibus alenda foret  
Ecclesiæ: filijs quoque parentes beneficia  
Ecclesiastica quasi per manus tradentes,  
& continua successione à progenie in pro/  
genies

1. Corin. 7

2. Timot. 2

genies suis illa reseruantes familijs, leuiticum sacerdotium, quod sacerdos secundum ordinem Melchizedech Christus dominus abiecit instaurare uiderentur. His aut perpensis facile est dignoscere quantum à recto tramite exorbitent qui usque adeo sacerdotalem statū deiiciunt, ut post suscepsum sacrum ordinem noua nuptiarum foedera iniire consulant, id quod ne ipsis quidem Græcis unquam licuit. Nam quamvis uoto continentiae minime astrinxerentur respectu præcedentium nuptiarum: nefas tamen semper illis fuit post susceptum sacerdotium, nuptiarum vinculo sese illigare, aut mortua prima uxore secundam ducere. Si autem id à Græcis inviolabiliter obseruatum est, quanto ualenter iure sacerdotes Ecclesiæ latinaræ, quæ uoto continentiae se deuinxit, post suscepsum sacerdotij gradum nefarium est in rei uxoriæ seruitutem detrudere. Probanda itaque est Ecclesiæ latinaræ continentia quæ sanctitate præfulget. Liberam concedit facultatem uacandi diuinis studijs ac utilitati rei Ecclesiasticæ magnopere conducit.

T ; Qui

## III

Qui tractant diuina mysteria, ac uerbū  
cœlestis administrationem, eos maxime  
decere castitatem, uere pieq; differunt ac  
me quidem utroq; fauente pollice. Sed illi  
quid ipsa res postulet considerant, ego qd  
hominum imbecillitas. Nōnulla fateor in/  
commoda sequerentur si sacerdotibus per/  
mitterentur uxores, sed quibus certis con/  
stitutionibus uel Ecclesia, uel principum  
solicitudo facile mederetur. Nunc in tam  
corruptis hominum moribus longe grā/  
uiora incommoda habet illorū impurissi/  
mus cœlibatus. Utinam sacerdotes quot/  
quot sunt, ad uitæ puritatem cōuerterent  
animum. Multas causas esse dixi, an ualit  
dæ sint, iudicent Ecclesiæ lumina.

AD TIT. XXXII. ET VLTI/  
mum de Theologia scholastica adden/  
dæ erant propositiones quincq;, quarū  
prima fuisset suo ordine Propositio  
VI. quæ est in præfatione Erasmi  
in Hilarij opera.

III **S**ancissimus uir Hilarius haud quaq;  
erat ignarus quam periculi plenū sit,  
q; parū religiosum de rebus ineffabilibus  
loqui

loqui, incomprehensibilia scrutari, de longe semotis à captu nostro pronunciare.

## CENSURA.

Norat beatus Hilarius nullum esse periculum de diuinis pronunciare, conformiter ad ea quæ in sanctis scripturis habentur, aut quæ in sacris concilijs oecumenicis sunt decisa & definita: alioqui non pro illis tuendis exulasset ipse, neque ad ea explananda insignes libros edidisset.

## IIII

Atqui in illis ipsis libris quos Hilarius scripsit de trinitate, non uno loco trepide precatur à deo ueniam, quod de rebus inexplicabilibus uerba sit facturus, clamatque se religiosis studio cogi, ut fiat irreligious. Nec mirum quum in illis ipsis libris aliquoties ea scribat, quæ me nunc scribentem nemo toleraret. Nec minus trepidat Augustinus de triade disputaturus. Iam et ipsi Theologî quædam cōmode interpretantur, quædā reiiciunt ab Augustino pro dita de sacra triade. Scripturæ non fallunt, sed in interpretando periculum est. Nam & Ariani habebant scripturas. Postremo in uerbis ipsis magna religio est.

T 4 Proinde

Proinde ueteres uix audebant de diuinis personis alijs loqui uerbis, quam scriptura loqueretur.

SEPTIMA PROPOSITIO. IN  
eadem præfatione in Hilarium.

V

**S**Vmma nostræ religionis est pax & unanimitas. Ea uix constare poterit nisi de paucissimis definiamus, & in multis liberum relinquamus cuique suum iudicium.

## CENSURA

Religioni Christianæ non parum conducere pacem & unanimitatem exploratum est, dum tamen ea pax & unanimitas pia sit & recta. Si autem impia sit & à catholicâ ueritate aliena, quemadmodum solet esse in hæreticis, nullo modo confert, immo plurimum obest Christianæ pietati. Ut autem dissoluatur huiusmodi impiorum cōsensus & pia ac recta in Ecclesiam cōcordia statuatur, opus est catholicâ dogmata per eos qui autoritatem habent in re publica Christiana sæpius explicent. Hac enim ratione schismata tolluntur & scandala: pullulantesq; hæreses eliduntur & peruersæ doctrinæ, moresq; fidelium componuntur, & fides ipsa in cordibus Christianorum

stianorum radicatur. Sic olim persequenti-  
bus Ecclesiam hæreticis cum suæ execra-  
dæ coniurationis complicibus, congrega-  
ta sunt generalia cōcilia, ubi reiectis et dā-  
natis impijs, pacem & concordiam Eccle-  
sia recepit. Ut autem id fieret crebro, opor-  
tuīt aduersus impietates atque calumnias  
hæreticorum Ecclesiam non de paucissi-  
mis, sed de multis definire aut declarare,  
quæ tenenda, quæne reīcienda forent: ne-  
que super his quæ ad pietatem spectant li-  
berum relinquere cuiq; suum iudicium, a/  
lioqui nulla posset inter fideles in his quæ  
fidei sunt, unanimitas & concordia serua-  
ri. Proinde hæc propositio temerarie ac ig-  
noranter asserta, dissoluēdæ unitati fideliv-  
um viam seditiose aperit, necnon & disse-  
minandis perniciosis erroribus.

## v

Totus ille locus dehortatur à curiosis  
ac temerarijs definitiōibus circa materias  
hominis intellectum excedentes, non lo-  
quitur de sobria religiosaç; uestigatione,  
aut decretis synodorum ὀικουμενικῶν. Præ-  
cedit enim hūc quē citant locū hic sermo:  
nō quod in totū damnandam existimem.

T s uel

uel philosophiæ in tres partes dissectæ, uel  
rerum ultramundanarum uestigationem,  
modo adsit ingenium felix, & absit defini-  
endi temeritas, absit peruicacia, & concor-  
diae pestis, uincendi pertinax libido. Sum/  
ma nostræ religionis pax est &c. Et paulo  
post: Atque hac in re adeo modum nescie-  
re quidam &c. Ac longiore interuallo pre-  
cessit: at ea quæ nos scrutamur, quæ defini-  
mus, nec sacris literis prodita sunt, &c.  
Quod si Theologi uelint fateri uerum, o/  
pinor nec ipsis probari contentiones de in-  
stantibus, quidditatibus, formalitatibus, et  
respectibus, nec fictiones propositionum,  
ut non necessarias ita duras pijs auribus.  
Veluti quum quæritur an hæc propositio  
sit impossibilis, deus pater odit filiū in di-  
uinis. Nec damnatur, quod concilia mul-  
ta ex literis sacris definierunt contra hære-  
ticos, nec uelim Ecclesiæ tranquillitatem  
emi consortio falsitatis: sed infinitas & cu-  
riosas quæstiones noto, ad quarū compa-  
rationem, pauca uidebuntur quæ restant,  
utcunq; per se multa sint. Proinde hæc pro-  
positio recte intellecta, nec temerarie, nec  
ignoranter asserta est, nec dissoluenda uni-  
tati

tati fidelium uiam seditiose aperit, aut dis-  
seminandis pernicioſis erroribus. Non sta-  
tim dissoluitur Ecclesiæ concordia, si de  
multis Scholasticorum opinionibus liceat  
in suo quemque sensu abundare, incon-  
vulsis his quæ certo credenda tradidit Ec-  
clesia.

O C T A V A P R O P O S I T I O . I N  
eadem præfatione in Hilarium.

**H**oc eruditionis est Theologicæ, niv VI  
hil ultra quam sacris literis proditum  
est definire, uerum id quod proditum est  
bona fide dispensare.

C E N S U R A

Non est eruditionis Theologicæ nihil  
de ijs quæ ad fidem spectat definire, quam  
quod in sacris literis formaliter et expresse  
habetur, aut quod ex illo clare deducitur:  
sed impietatis Vuitcleuicæ aut Luteranæ,  
quandoquidem autoribus Dionysio, Ba-  
silio, Augustino, & alijs multis catholicis  
doctoribus, non minus credenda sunt quæ  
à Christo ex Apostolorum traditione ha-  
bemus de sacramentis & nonnullis alijs,  
quam quæ in scripturis sanctis exprimun-  
tur, Nec solis literarum monumētis iubet  
Apostolus

Apostolus fidem adhiberi sed & traditio-  
nibus nudo sermone explicatis. Quare  
præscripta propositio est falsa, impia, &  
Vuitcleuicæ atque Lutheranæ perfidiz  
consentanea.

## VI

Candidi lectoris est interpretari sermo-  
nem iuxta materiam præsentem. Nō illic  
agebam de ritibus sacramentorum, sed de  
curiosis quæstionibus circa diuinam natu-  
ram. In his nolim Theologos à diuinorū  
uoluminum ductu recedere. Id si fatentur  
recte dictū, quid habet hæc propositio co-  
mune cum Vuycleuis aut Luteris? Nemo  
negat reuerēter accipiendum quod ab A/  
postolis uoce non scripto traditum est, sed  
nō statim ab Apostolis traditū est, quicqđ  
quocunq; modo irrepit in usum ecclesiaz.

## NONA PROPOSITIO IN

eadem præfatione in Hilarium.

## VII

**M**ulta problemata nunc reiçuntur  
ad synodum, multomagis conue-  
niebat quæstiones eiusmodi in aliud rei-  
cere tempus cum sublato speculo & ænig-  
mate uidebimus deum de facie.

CENSYRA

## CENSURA

Nequaquam à fidelibus censenda sunt problemata, quæ in generalibus concilijs Ecclesia determinat super his quæ ad pie-  
tatem spectant: à spiritu sancto enim dire-  
cta de illis tantum ibi decernit quæ ab om-  
nibus Christianis inconcusse & inuiolabi-  
liter sunt tenenda. Propter quod hæc pro-  
positio temerarie & arroganter asseritur:  
quasi nesciat discernere Ecclesia quæ sint  
aut non sint problemata, quæ sint aut non  
sint definienda.

## VII

Absit à me talis insania, ut existimem ea  
quæ generalibus concilijs rite coactis ac  
peractis de fide tradidit Ecclesia, reuocem  
in integrum: de Theologorū quorundam  
curiosis quæstionibus ac temerarijs defini-  
tionibus loquor, ad fidem nec utilibus nec  
necessarijs. Hoc me sentire totus sermonis  
tenor declarat. Nec satis intelligo quid si  
bi uelit censura, quum ait, quasi nesciat di-  
scernere ecclesia, quæ sint aut non sint pro-  
blemata, quæ sint aut non sint definienda.  
Nihil enim est in meis uerbis affine huic  
sensi. Mea sententia est à simili. Sicut hor-  
die

303 DECLAR. AD CENSVRAS.

die multa proponuntur, quæ nec probantur nec improbantur, sed reiiciuntur ad Synodum ἀκοντεντικόν, ita multa definita sunt à quibusdam Theologis de diuinæ naturæ mysterijs, quæ satius erat reiçere in seculum uenturum, quum uidebimus faciem ad faciem. Obscro te lector per Christū, habet hic sensus aliquid blasphemum in Ecclesiam, aut in concilia?

DECIMA PROPOSITIO. IN

sæpe dicta præfatione in Hilarium.

VIII **P**Vdet Rabinos alicubi nihil habere  
qd' respondeat. CENSURA

Doctores scholasticos magno dolore ac pudore affici certum est his temporibus dum uident impios homines sacra Ecclesiæ concilia etiam generalia perficta fronte cōtemnere pariter & sanctos doctores, sanctas quoq; scripturas pro sua libidine ad hæreticum sensum passim detorquere, cum tamen scholasticis doctoribus quos hic scriptor pro contumelia Rabinos appellat, minime desit quid aduersus perfidā Luteri doctrinam respondeant. Eam siquidem manifestis argumentis & his solidissimis, & quæ uere dissolui nequeant, delitare

rare clare ostendunt. Quapropter cum eis  
uix audent Luterani congregari aut pedem  
propius figere. Veretur enim ne si propri-  
us manus conserere contingat, dum non ha-  
bent quid rationabiliter respondere que-  
ant, confundantur, & sua orbi inscitia ac  
ignorantia propaletur. Hinc futilis sanè et  
enerues libros edere solent, multis quidem  
haeresibus atque blasphemis conspersos; ue-  
rum nullis rationibus, nullis documentis,  
nullis scripturis nisi perperam detortis su-  
fultos, id quod facile percipiunt, qui illos  
non sine iudicio legunt. Non enim ratione  
illos ualere, sed impudenti procacitate ac  
infami peruvicacia sese ostentare deprehen-  
dunt. Nam morem patrum suorum haeresiarum  
charum imitati, quando ab Ecclesia catho-  
lica, extra quam indubie non est salus, ueluti  
pessimi transfugae turpiter descivere, ueri-  
tati nesciunt acquiescere: sed tanquam qui fu-  
rissimis quibusdam agitantur, tota malignitas  
suae ui in catholicā pietatem debacchant.

## V I I I

Quem hic stomachat in heresiarchas uerissi-  
ma sunt, sed ad me nihil attinent. Rabinos  
appello theologos similes scribis ac phariseis, qui

304 DECLAR. AD CENSVRAS

risæis, qui quo videantur egregie docti, nō  
sunt contenti ihs quę tradidit scriptura, aut  
conciliorum autoritas, sed ad ostentatio-  
nem ingenij comminiscuntur quædam cū  
riosæ, sic ut minimum absint à blasphemia.  
Proinde quemadmodū graui iniuria affi-  
ciunt Theologos, qui damnant uniuersos,  
ita sibi sunt iniurij, qui quicquid in ullos  
Theologos dicitur, de uniuersis in-  
terpretantur. demum me præter  
omne meritum capitali gra-  
uant inuidia, nec hac ra-  
tione probe consu-  
lentes nominis  
Theolo-  
gico.

FINIS

## DETERMINATIO

FACULTATIS SACRAE THEOLOGICÆ in Academia Parisiensi, super Familiarib<sup>z</sup> colloquijs Desiderij Erasmi Roterodami, conclusa mense Maio, Anno M. D. XXVI

**A**nno Domini millesimo quinagesimo uicesimo sexto die decimasexta mensis Maij, fuit congregata Facultas Theologica per iuramentum in collegio Sorbonæ, ad deliberandum finaliter, quid esset agendum de libro qui inscribitur Familiarium colloquiorum formulæ, per Desideriū Erasmum &c. Nunc autem idem liber plurimum auctus inscribitur Familiarium colloquiorum opus, multis nominibus utilissimum. Super quo quidem negocio iam saepius factus fuerat sermo, tam inter deputatos, quam in pleno magistrorū consessu. Et die hesterna post multa super ea re ipsa facultate sedenti apud sanctum Matutinum post missam (ut moris est) proposita ut maturius materia ipsa discuteretur,

V remissa

remissa est ad hunc diem decimumsextrū, quo in omnium magistrorum præsentia repetita sunt & rememorata, quæ per deputatos prius diuersis uicibus fuerant adducta: uidelicet quòd per autorem dicti libri, quisquis is esset, iejunia & abstinentiæ ab Ecclesia iudicata parui penduntur, beatæ uirginis Mariæ, & sanctorum aliorum pro ludibrio habētur suffragia, uirginitas si coniugio conferatur, nullius est aut parui momenti, religionis etiam dissuadetur omnibus ingressus. Item arduè difficilesq; quæstiones grammaticulis contra per magistros in artibus iurata statuta proponuntur, unde facile in errores prolabi possunt: & plurima consimilia perperam in dicto libro tractantur. Quibus diligenter attentis & perpensis, post maturam deliberationem dictum fuit, & unanimi omnium consensus conclusum, quòd prædicti libri lectio omnibus & maxime adolescentibus erat prohibenda: quoniam magis per huiusmodi lectionem sub eloquentiæ acquirendæ prætextu iuuentus corrumperetur q; institueretur: & quòd omnibus medijs debitis esset entendum ut huiusmodi libertati suppeditetur.

supprimeretur, & à finibus eliminaretur  
Christianorum. Ut autem cunctis perspi-  
cum fiat quām iustum sit hoc nostrum  
iudicium, rationiꝝ ac pietati consentane-  
um, statuimus illa subiungere quæ de istis  
usmodi dialogorum libro per nonnullos  
nostrum ad id specialiter commissos iussi-  
mus annotari, decerpī & transcribī, quæ  
& nos maturius per pensa mouerunt. In  
eorum autē editione modo & forma sub-  
sequentibus signati loci in dialogis  
singulis ad uoluminis nobis à  
conquientibus oblati, &  
quale tunc in hac ciui-  
tate Parisiēsi paſ-  
sim in mani-  
bus erat,  
pagi  
nas sunt referendi.

## SVBSEQVNTVR

NON NVLLA ERRONEA SCAN  
dalosa ac impia, quæ continentur in li/  
bro qui dicitur Familiarium colloquio/  
rum, opus ab autore Desiderio Erasmo  
Roterodamo recognitum, Anno Do/  
mini millesimo quingentesimo uicess/  
mosexto. In quo tanquam ethnicus ho/  
mo, autor illius, religionem Christianā  
& sanctas eius ceremonias & ob/  
seruationes ridet, subsannat,  
carpit, lacerat, & mu/  
tandas decernit.

Pag. 19



N dialogo de ualetudine ad/  
uersa, impudenter primo ridet  
deuotionem quam habet po/  
pulus ad sacræ religionis habi/  
tus; innuitq; tantum ualeat morbis cu/  
randis pallium lenonis, quantum ualeat cu/  
cula religionis. Hoc habet pagina decima/  
sexta circa medium, ibi: Sunt qui tecti cu/  
cula dominicali &c.

Quemadmodum collaudanda est facul/  
tatis religiosa diligentia, quæ tam anxie/  
metuit adolescentibus, ita parum tutū est  
ex

ex aliorū relatione pronunciare. Nam hic  
facultas ingenue profitetur, se commissa-  
tiorum autoritatem simpliciter fuisse se-  
quutā. Quis aut̄ expectasset ut eius colle-  
gij maiestas fese ad puerilium colloquio-  
rum censuram demitteret, opus in hoc pa-  
ratum, ut adolescentes per lusum discerēt  
latine dicere: & obiter inueniendis ac re-  
sellendis argumentis ad rhetoriken præpa-  
rarentur, deniq; & pietatis elementa quæ-  
dam imbiberent, & indies nonnihil supra  
crassum uulgus hominum assequerentur.  
Hic erat scopus meus, à quo uideor nō om-  
nino aberrasse, nisi forte blandiuntur auriv-  
bus meis, qui mihi gratias agunt, quod ex  
illis nugis meis aliquid bonæ mentis hau-  
serint. At mirū est illic lapidari colloquia,  
ubi impune leguntur & excuduntur face-  
tiæ Poggianæ & quæstiones iocosæ. Pro-  
inde ut has querimonias à deputatis sæpe  
propositas facile credo, ita consensu totius  
facultatis æditas, mihi non sit uerisimile.  
Nec me adeo clām est, quorum instinctu  
hæc gerantur. Ad sœuam præfationem  
quoniam cuius sit nescio, in præsentia ni-  
hil respondeo, nisi hoc tantū, quod multa

ferociter pronunciat, quæ non apparebūt  
quum ad loca uentum fuerit. Titulū mo/  
do, nam scio non esse facultatis, corrigam.  
In Colloquijs Erasmus uelut homo uerxe  
pietatis amator, ac studiosus gloriæ Chrl/  
sti, nusquā ridet aut subsannat religionem  
Christianam, sed hominū superstitionem  
ac præpostera iudicia taxat, id quod cum  
primis conductit ad repurgandam confir/  
mandamq; religionem Christianam. Por/  
rò quum colloquia constent diuersis per/  
sonis, iniquissimum arbitror mihi pro do/  
gmate impingi, quicquid illic à quocunq;  
dicitur. Alioqui fieri ut unus loquar secum  
pugnantia: frequenter enim quod alter pro/  
ponit, alter refellit, iam si falsum est quod  
proponitur, iniquum sit mihi deteriorem  
partem impingere, dissimulata altera que  
refellit quod perperam est dictum. Quo/  
niam autem non refertur è colloquijs to/  
tus locus, sed adfertur censura, minimum  
hic rei mihi fuerit cū facultate, quæ dam/  
nat non quod à me scriptum est, sed quod  
commissarij, aut aliij forsitan retulerunt,  
quam bona fide mox ipsa declarabit res.

AD

## AD PRIMVM LOCVM

declaratio.

Primum illud uide lector, an non statim  
a manifesta falsitate factū sit initium. Ver-  
ba Colloquij sic habent: Ge. dicit: Sunt  
qui tecti cuculla Dominicali aut Franci-  
scana reualuerāt. Respondet Li. Idem for-  
taffis euenisset, si lenonis pallio tecti fuis-  
sent. Verū ista diffidenti nihil conducunt  
Ad hæc Ge. Fide igitur, ut reuiuiscas &c.  
Hic luce clarius est Lininū hortari sodalē,  
ut utatur sacra ueste, & si diffidit, desinat  
diffidere, quo pro sit uestis. An non hic im-  
pingitur pars deterior, dissimulata poste-  
riore, quæ priorem corrigit. Nec tamē Ge  
rardus qui uidetur non ita multū tribuere  
uestibus, impudēter deridet eos, q̄ sunt eo  
affectione: nec dicit idē ualere morbis curādis  
palliu lenonis, qd' cuculla religionis: sed in-  
dicat σύμπλωμα. Nā fieri potest, ut qui con-  
ualescit tectus cuculla, nō beneficio cucul-  
læ cōualescat. sed naturę uitribus, aut medi-  
corum ope, ut idem euenturū fuerit, si qua-  
uis ueste fuisset opertius. Omitto quod  
nihil obstat, quo minus eadē cuculla pos-  
sit esse monachi & lenonis. Vides lector

V 4 quantum

quantum absit hic sermo colloquijs ab im'  
pudenti derisione. Quid autem obsecro d'  
scriminis sit, si parū tribuatur cucullæ mo  
nachorum, quum in hisce rebus tātum sit  
inter simplices superstitionis, tantū in his  
qui hæc suadent uersutiæ, ut expeditat &  
illos ab errore, & hos à fraudib' reuoca'  
ri. Nūc nihil horum facit colloquium, sed  
suadet potius ut utatur cum fide.

**2** Rursum nulli sancto pro morbo curan  
**Ibidem** do uult uotum nuncupari. Hoc uidere est  
pagina eadem scilicet decimasexta. Paulo  
post, ibi: Alij morbo leuati sunt, nuncupat  
tis alicui diuo uotis &c.

**3** Hoc ibi dicit Gerardus, non ego, quem  
ponant, me facere semiluteranū, quid hoc  
ad me? Nec tamen ille significat, quod in/  
terpretantur isti, tantū notat illos, qui cum  
diuis uelut ex pacto agunt: Si me sanauer  
ris ponam tibi statuam marmoreā, sin mi  
nus nihil ponā. Locus sic habet: Alij mor  
bo leuati sunt, nuncupatis alicui diuo uo  
tis. Respondet Liuinus: At ego cum diuis  
nō paciscor. Gerar. Proinde tu uel à Chrl  
sto, cui fidis pete sanitatis beneficium &c.  
Multi sunt eius animi, ut putent diuos om  
nia

nino nō inuocandos. Eoq; alter monet, ut si parū fidat diuis, petat à Christo. An con-  
tinuo damnat omnia uota diuis facta, qui dicit, ego cum diuis non paciscor. Neq; ta-  
men impius est, qui mauult ab ipso petere Christo quām à diuis.

In dialogo de uisendo loca sacra ridet  
uotum Hierosolymitanum, mentiens om-  
nia quæ uidentur Hierosolymis commen-  
titia esse & excogitata ad alliciendos sim-  
plices & credulos. Hoc habet pagina tri-  
cesima prima paulo post medium, ibi: Ec-  
ne illuc quid tu putes spectatu dignū &c.

Quod ibi narrat, non Erasmus sed Ar-  
noldus, frequenter audiui è doctis qui Hie-  
rosolymā adierant, ac probabile est hodie  
non sciri certum ubi fuerit olim Hierosol-  
yma, quandoquidem uideo dubitari ab  
eruditis an ibi fuerit Roma, ubi nunc com-  
monstratur. Diuus Hieronymus, qui uixit  
in ea regione, cōmemorans quædam quæ  
hodie ibi monstrantur hospitibus, tanquā  
de dubijs loquitur, fertur, & narrat. Quid  
censendum est nunc post tot incursiones,  
tot rerum humanarum mutationes, quæ

V , mille

3  
pag. 40  
uersu. 12

## 114 DECLAR. AD CENSVRAS

mille & eo amplius annis solent accidere.  
Eius generis feruntur esse, quæ ostenduntur  
Romæ, Veronica, columna Salomonis, ca-  
thedra Petri, & sepulchrū. Sed quid hęc ad  
fidem catholicam? Olim probatæ religio-  
nis uiri nihil magni iudicarunt fuisse Hiero-  
solymæ, nec arbitror multo peius habi-  
turam rem Christianam, si nemo curreret  
Hierosolymam, sed in librīs quereret Chri-  
sti uestigia, atque hoc operæ & impensæ  
transferretur ad subleuandos pauperes.

**4** In dialogo, qui dicitur Confessio mili-  
**Pag. 54** tis, irreuerentius ac impudentius loquitur  
de confessione sacramētali: hoc uidere est  
pagina quadragesimaf secunda in princi-  
pio, ibi: Quem tibi sacerdotem deliges?  
Respondet alius: Cui cognouero q̄ min-  
imum esse frontis & bona mentis.

## DECLARATIO.

**4** Imò illuc deridetur miles impius, ac scele-  
ribus onustus, q̄ ad abolenda crimina sati-  
esse putat quomodo cūq; narrasse sacerdo-  
ti sua commissa, quū nec oderit sua pecca-  
ta, nec cogitet de corrīgēda uita. Is percor-  
tanti, quem sibi sacerdotem esset delectu-  
rus, Respōdit: Cui cognouero q̄ minimū  
esse

esse frontis ac bonæ mentis. Hic sermo nō  
est Erasmi sed detestandi militis, cui sic re/  
spondetur: ne non habeant similes labra la/  
cucas. Et additur: Ab illo purus abibus ad  
corpus dominicū? Respōdet miles: Quid  
ni; Postea q̄ semel effudero sentinā in illū  
us cucullā, ego me exoneravi sarcina. Ipse  
uiderit, qui absoluīt. Tum alter: Qui scis,  
an absoluat? Miles. Scio. Quonam indi/  
cior. Et miles. Quia manū imponit capitū  
admurmurās nescio quid. Hic alter: Quid  
si reddat tibi omnia peccata tua cū manū  
tibi imponit, hæc admurmurās: Absoluo  
te ab omnibus benefactis, quæ nulla in te  
cōperio, & restituo te tuis moribus, taleq;  
dimitto, qualē accepit &c. Ex toto Collo/  
quio palam est ibi derideri stolidū milite,  
& hoc consilio traduci, quo Lacedemonij  
seruos ebrios adducebāt in cōuiuiū. Repe/  
tiuntur em̄ & inter alios qualis est ille mi/  
les. Nunc utram personā mihi tribuūt, de/  
ridētis impia militis stoliditatē, an militist  
Hæc arguūt nec Theologos, nec deputa/  
tos legilse colloquia, sed hoc negocij datū  
fuisse iuuenib⁹, q̄ decerpent p̄ sua sapiētia.  
Alioqui si uel fulloni tradas legendū collo/  
quium

quiūm uulgari lingua uidebit traduci mi/  
litis stoliditatem.

**5**  
pag. 88 In dialogo qui inscribitur Picas pueri/  
lis, censet in primis peccatum graue non  
esse transgredi constitutiones Ecclesiasti/  
cas, nisi accedat contemptus malitiosus;  
hoc patet pagina sexagesima septima post  
medium, ibi: Neq; uero protinus arbitror  
esse piaculum quod admittitur aduersus  
constitutiones humanas nisi contemptus  
accesserit malitiosus.

**5** Piaculū appello non crimen quodlibet,  
sed enorme crimen. Nec aliud exprimit  
sermo meus, q;ām non esse protinus hor/  
rendum crimen, si quis uiolet quancunq;  
constitutionem humanam. Sed quo locus  
esset calumniæ, omissa est vox una, quasli/  
bet: sic enim scriptū est, Aduersus quasli/  
bet constitutiones. Id si fecit Amanuensis,  
quarū non est correctum. Sin studio muta/  
tum est à commissarijs, cuius integritatis  
sit, alij uideant. Si omnis uiolatio cuiuscun  
que constitutionis humanæ mittit in ge/  
hennam, non recte loquutus est ille puer.  
Sin hoc nemo Theologorum audet profi/  
teri, quid est quod reprehendunt

Deinde

Deinde innuit confiteri soli deo sufficere, 6  
te, si non aliud Ecclesia ordinasset; hoc pa pag. 37  
ter pagina sexagesimasexta in fine ibi; Sed  
illi confiteor qui solus &c.

An his temporibus usitata confessio fue-  
tit à Christo instituta, nondum satis proba-  
tum est à Theologis. Interim pueru aut  
laico sufficit opinor, si eam seruet uelut ab  
Ecclesiæ præsulibus institutam, & totius  
populi Christiani usu comprobatam. Ita  
loquitur Gaspar. Sed illi confiteor, qui so-  
lus remittit peccata, cui est potestas uni-  
uersa. Cui respondet Erasmus, Cuinam?  
Gaspar. Christo. Erasmus. An istud sat esse  
putas? Gas. Mihi sat esset, si sat esset Eccle-  
siæ proceribus & consuetudini receptæ.  
Eras. Sed quos tandem appellas Ecclesiæ  
proceres? Gas. Pontifices, episcopos, apo-  
stolos. Eras. Et inter hos annumeras Chri-  
stum? Gas. Is est omnium sine controuer-  
sia colophon. Eras. Et huius receptæ con-  
fessionis autor? Gas. Is quidem autor est  
omnis boni, sed an ipse instituerit hanc cō-  
fessionem, Theologis exutiendum relin-  
quo, mihi pueru & idiotæ sufficit maiorū  
autoritas &c. Ex his uerbis quid aliud col-  
ligi

ligi potest, q̄ confessionem esse religiole  
seruandam, uel ob autoritatem Ecclesie,  
& publicam consuetudinem, etiam si nec  
ex scripturis sanctis ortam, nec ab ipso do-  
mino institutā efficaciter probari ualeat.  
Nec aliud innuit hæc propositio, quam a/  
pertis expressit uerbis.

7 Post hæc reprehendit modū disputandi

Pag. 92 Theologorū, non intelligens non propte/  
rea Theologos non uacillare in fide, quia  
quæstiones de ijs faciunt quæ ad fidē spe/  
ctant. Non em per huiusmodi quæstiones  
de fide dubitant, sed per eas fides explicat  
apertius. Is error habetur pagina lxx. circa  
medium, ibi: Complures abstinent à Theo-  
logia q̄ uereant ne uacillēt in fide catholí-  
ca, cū uideat nihil nō uocari in quæstionē.

7 Obscurro quis unq̄ sanus simpliciter dā  
nauit scholasticas disputatiōes? Puer duas  
adducit causas quare minus propensus sic  
ad Theologiæ studiū. Theologia inq̄t, mī-  
hi cū prīmis placeret, nisi me mores quorū  
dā et morosæ inter ipsos cōtentioēs offen-  
derēt &c. Qui dicit qdā certos notat nō u/  
niuersos. Ad id ita respondet Eras. Cōplu-  
res abstinent à Theologia, q̄ uereantur, ne

ne uacillent in fide catholica, cū uideāt nihil non uocari in quæstionem &c. Quid? Hoccine ad diatribas Sorbonicas attinet? Nihil minus. Imò notatur hæc fatalis opinionū dissensio, qua nūc concutitur orbis, ut puero nō sit tutū de dogmatibus disserere. Si sensisset de Diatribis scholasticis, dixisset, quū illic nihil non uoceſ in dubiū: nunc ait, quum uideāt digito notans hæc tempora. Nec quisquā dicit ideo uacillare Theologos, qđ disputent, sed sibi metunt multi, ne uacillēt inter tot doctores, & scripturas ad pugnātia dogmata detortas, Firmior est eī laicus, si simpliciter credat, nihil disputans. Sequit̄ eī in eo loco: Ego quod lego in sacris literis & in Symbolo, quod dicitur Apostolorū summa fiducia credo, nec ultra scrutor, cætera permitto Theologis disputanda.

In dialogo qui dicitur Conuiuīum prophanum, abstinentiam à carnibus ab Ecclesia indicat carpit, quasi illa aduersetur Euangelicæ libertati, cum tamen non aduersetur, sed error sit Aerianorū ita sentire. Quod facit pagina dicti libri cvij. ante medium, ibi; Charitas omnia suffert.

8  
pag. 123

Et

**9**  
pag. 136 Et pagina centesima quarta circa mediū  
ibi: At mihi uidetur minus oneris olim im-  
positum Iudæis.

**10**  
Ibidem Et in eadem pagina ante medium, ibi:  
Minus anguem odi quam pisces. Alius re-  
spondet. At non tu solus.

**11**  
Ibidem Sequitur, Quis hoc tædij nobis inue-  
xit? Multa ibidem proponuntur contra  
huiusmodi abstinentiam à carnibus. Con-  
cludit bonum esse ut auferatur huiusmodi  
abstinentia, quod patet in fine paginæ cen-  
tesimæ septimæ ibi: Si summus essem pon-  
tifex: Et in fine paginæ cœtesimæ septimæ.

**12**  
pag. 140 In dialogo qui inscribitur, Coniuium  
religiosum. Primo uult q̄ hæc omnia, de/  
lectus ciborum, uestitus præscriptus, ieui-  
nium, sacrificiū, preces ueluti pensum ab/  
solutæ, & quies diei festi, sunt affinia lu-  
daismo, quæ sententia apprime à Lutero  
probatur.

8 9 10 11 12

Hoc colloquium unum est ex illis, quæ  
me inscio fuerunt ædita, magno meo pu-  
dore & stomacho, neq; enim ego illarum  
næniarum ullum unquā exemplar penes  
me seruauit. Vixq; fuit aliud eo colloquio  
nuga

nugacius aut ineptius. Vnde quando pre-  
mtere non licebat, multa refecui correxiq;. Præclare uero mecum agetur, si cuncta quæ  
illuc nugatur Augustinus mihi impinge-  
tur. Laudat uitam Epicuream, hortatur ad  
uoluptates, Sed illi contradicitur. Quum  
Augustinus ait se magno corporis incom-  
modo abstinere à carnisbus, Respondeatur  
ei: Charitas omnia suffert. Quū ait: Quis  
hoc tædij nobis inuexit? Respondeatur:  
Quis commonstrauit aloēn, absynthium,  
et scammonium dare in remedij. Quibus  
uerbis declaratur huiusmodi abstinentias  
tametsi corpori molestas, ad macerandam  
tamen carnem utiles esse. Rursus quū ait:  
At mihi uidetur minus oneris olim impos-  
titum Iudeis, respondetur illi: In plerisque  
non res, sed animus discernit nos à Iudeis.  
Illi manum abstinebat à certis cibis, uelut  
ab immundis, & animū inquinaturis. Nos  
quū intelligamus omnia munda esse mun-  
dis, tamen carni lascivienti, uelut equo fe-  
rocienti pabulum subducimus, quo magis  
dicto sit audiens spiritui. Atq; hunc in mo-  
dum singulis illius nuponis rationibus re-  
spondet Christianus, Cuius autem cando-

ris sit nugatis uoces mihi impingere, quæ  
in eodem dialogo refellam, quæ ab illo di-  
cuntur. Hoc nihilo minus absurdum est, quia  
si beato Thomæ exprobrem argumenta,  
quæ uocantur ante oppositum, aut diuo-  
Hieronymo quæ in ipsius dialogis dicun-  
tur à Luciferiano, aut Augustino quæ diz-  
cuntur à Manichæo. Quid autem flagitiæ  
est, si nugator Augustinus dicat se natura  
abhorrire ab esu piscium, aliusque dicat, nō  
soli hoc accidere. Vtrum hoc est damnare  
constitutionem Ecclesiæ, an potius indi-  
care peculiarem quorūdam corporum ra-  
tionem. Et tamen ille nugator natura ab-  
horrens à piscibus, fatetur se abstinentiæ  
carnibus, licet non sine incommodo vale-  
tudinis. Sed concludo ut aiunt, bonū esse  
si tollantur eius generis abstinentiæ. Istud  
nec à me dicits, nec ab eo quē facio loquen-  
tem. Ad hunc enim loquitur modum: Si  
summus essem pontifex, hortarer omnes  
ad perpetuā uitæ sobrietatē, sed præcipue  
sub diem festum. Cæterū ius facerē cuique  
uescendi quibus uellet pro corporis salu-  
britate, dū moderate et cum gratiarū actio-  
ne, daremque operam, ut hoc quod detrahe-  
retur

retur obseruationibus huiusmodi carnali-  
bus, accresceret ad studium ueræ pietatis.  
Hic sermo licet non omnino absurdus, ta-  
men ibi rideat à Christiano, his uerbis: Ni-  
mirū istud mea quidē sententia tanti est, ut  
te faciamus pōtificē. Vides lector qd sit fi-  
dere schedis ab imperitis iuuenibus porre-  
atis, & in ope qd totū uarijs constat perso-  
nis, nullum habere personarū discrimen.

Hoc monstrat pagina centesima qua/  
dragesima octaua ante medium, ibi: Vi pag. 195  
ctimas appellari puto &c.

Qui hæc scripsit multum absuisse à syn-  
ceritate Christiana, quū alia multa, tū illud  
in primis arguit, qd studiose mea dicta de-  
prauat ad calumnīā. In dialogo quidā ita  
loquitur: Victimæ appellari puto quicqd  
pertinet ad ceremonias corporales, & aliqd  
habet affine cum Iudaismo, qd genus sunt  
delectus ciborū, uestitus præscriptus. Hic  
deprauauit. Sunt affinia Iudaismo, tametsi  
ne hic quidē sermo quicquā haberet im-  
pietatis. Quæ inquit sententia apprime à  
Lutero probatur. Imò hanc sententiam  
quoniam uerissima est, nemo non probat.  
Sed Luteri sententia est, hæc impie præ-

X : scribi

## 324 DECLAR. ADCENS VRAE

scribi, & stulte seruari. In meo uero dialo-  
go quid sequitur: Hæc enim ut pro tempore  
non sunt omnino negligenda, ita deo si-  
unt ingrata, si quis obseruationibus huius  
modi confisus negligat misericordiam, quo-  
ties fratris necessitas exigit officium chari-  
tatis. Audin lector mirificam concordiam  
cum Luthero: Ille docet rei cienda, dialo-  
gus docet non esse negligenda.

**14** Secundo conformiter ad Beguardos,  
**pag. 187** vult perfectos non teneri seruare leges Ec-  
clesiasticas, neq; debere compelli ad illas  
seruandas: quia, Spiritualis omnia dijudi-  
cat, ipse uero à nemine iudicatur. Hoc ha-  
bet pagina centesima quadragesimatercia  
ibi: Rex intelligi potest uir perfectus.

**14** Cum aliis moraliter exposuisset hunc  
Salomonis locum: Cor regis in manu dei,  
alter adducit sensum retrusorem, sed con-  
tanter neq; quicquam asseuerās. Sic enim  
ingreditur. Si quid defertis his quoq; ca-  
nis, mihi uidetur hoc dictum & ad abstru-  
siorem sententiam accommodari posse.  
Rex intelligi potest uir perfectus, qui do-  
mitis carnis affectibus, solo diuini spiritus  
impetu dicitur. Porro qui sit huiusmodi,  
hunc

hunc non conuenit fortassis humatis legi  
bus in ordinem cogere, sed suo domino,  
cuius spiritu agitur relinquendus est. Nec  
iudicandus est ex hisce rebus, quibus im-  
becillitas imperfectorum utcunq; proue-  
hitur ad ueram pietatem. Sed si quid secus  
facit, dicendum est cum Paulo: Dominus  
assumpsit illum, domino suo stat aut cadit.  
Item illud: Spiritualis homo omnia dijudi-  
cat, ipse uero à nemine iudicatur. Talibus  
igitur nemo præscribat &c. Si Paulus non  
uult quenquam Christianum iudicari ex  
cibo & potu, quid mirū si quid simile sen-  
sisset Solomon, quod tamen non asseuera-  
tur, sed tantum proponitur examinandū.  
Et si quis esset, quem constaret adeo perfe-  
ctum esse, ut in omnibus solo spiritus im-  
perio duceretur, quis esset tam impius, ut  
illi prescriberet leges de rebus externis, de  
quibus dominus & Apostoli nihil præce-  
perunt, aut quis huiusmodi cōstitutiones  
auderet ab eo exigere? Nullus opinor. Spi-  
ritus enim est supra uniuersas leges huma-  
nas, supra pontificem & Synodos quamli-  
bet uniuersales. Sed quoniam nō constat,  
non est tutum hanc fenestram aperire uul-

326 DECLAR. AD CENSURAS

go, ne hinc arripiant uelamē malitię. Nec dialogus ait eum non teneri, sed nō cogen dum in ordinem; nec ex his iudicandū, sed accipiendum potius, talem virum studio maioris boni, quod leuius est prætermi tere, aut alioqui iusta de causa facere quod facit. Sic olim in cœnobij̄ dimittebantur anachoritæ, quorum pietas iam satis esset spectata. Sic & hodie in monasterij̄ docto ribus, aut alijs heroicis uirtutibus operam nauantibus, relaxantur illę constitutiones de rebus externis, quemadmodum & ue hementer prouectis. Ioannes autem Gen sonensis tametsi non probat Beguardorū dogma, haud negat tamen non esse con temnendos affectus spirituales, si modo si mulati non sint, sed examinandos spiritus an ex deo sint.

15 Tertio iterum taxat abstinentiam à car nibus. Hoc uidere est pagina cli. post me dium, ibi: Licet igitur uesti quibuslibet cibis &c.

15 Hic rursus obsecro te lector, ut uideas quid sit ex fragmentis per alios decerptis, saepe & deprauatis iudicare. In dialogo quidam exponens ea uerba Pauli, omnia misli

mihi licent, sed non omnia expedient, sub persona Pauli dicit: Licet igitur uesci quibuslibet cibis, & omnia munda mundis, sed incidit casus ut nō expedit. Quod omnia licent, libertatis est Euangelicæ, sed charitas ubiqꝫ spectat, quid conducat ad salutem proximi, eoqꝫ frequenter abstinet, & à lictis &c. Ita Colloquium. Agitur autem illuc de carnibus Idolothytis, deqꝫ Iudaico ciborum delectu. Legat qui uolet locum, cōperiet ibi nihil aliud agi, quam de sensu uerborum Apostoli, de Ecclesiæ posterioris constitutionibus nullā fieri mentionem. Atqui quū locus ita proponitur, Erasmus taxat abstinentiam à carnibus, scribens: Licet igitur uesci quibuslibet cibis, quid aliud ex eo quod proponitur pronunciat facultas nisi me sentire perperam. Sed quid de talibus criminoribus dicturus est, qui lecto colloquio perspicue uiderit, ibi ne pilo quidem tangi cōstitutiones Ecclesiasticas.

Quarto prætendit q[uod] uulgaris Christiani totam suam salutem in ceremonijs baptismo, exorcismo, catechismo, sale, aqua constituit, & maxime fidit unctioni,

confessioni, confirmationi, Eucharistiae,  
matrimonio, sacro ordini, quasi uidelicet  
Christiani per sola sacramenta sperent sal-  
uari sine adimpletione præceptorum dei:  
quod nullus catholicorum dicit doctorū,  
imo oppositum credere docentur simpli-  
**17** ces. Hoc pagina clx. monstratur ante me/  
pag. 209 dium, ibi: Si uulgus Christianorū species,  
**18** proram & puppim suæ salutis &c. Et in  
pag. 209 fine paginæ præcedentis uidelicet clx.  
contra ceremonias loquens dicit: Non mi-  
rum est eos sic mori qui per omnem uitā  
in ceremonijs philosophati sunt.

16      17

Constat, in sacramentis Ecclesiæ esse  
quiddam materiale, rursus quiddam esse  
spirituale: materialia nō uiuificant nisi ac-  
cesserint spiritualia. Dialogus autē notat  
uulgus Christianorum, hoc est, magnam  
partem eamq; crassiorem, qui in externis  
absolutam collocant pietatem, neglectis  
his, quæ nos uere piōs reddunt: uelut qui  
in baptismo tinctus unctus, cæterisq; cere-  
monijs initiatus est, si his frētus non addat  
quæ sunt sp̄ritus, frustra tinctus et unctus  
est. Verba Colloquiū sic habent: Si uulgus  
Chris-

Christianorū species, nōnne prora & puppis uitæ illis in ceremonijs est? Deinde subiçio exempla de singulis sacramentis. Vtrum hic uidetur falso dictum, esse tales Christianos, an in externis illis sacramentis non esse ponendam totam salutis fiduciam? Non enim illic loquor de omnibus Christianis, sed de uulgo in genere. Quanquam hoc quoq; deprauauit hic quisquis fuit scriptor, sic recitans quasi de omnibus loquar in uniuersum. Ergo si mecum sentiunt, in externis sacramentorū ritibus nō esse ponendam totam salutis spem: si fastentur nimium multos tam crassos latere sub nomine Christiano: miror quid istos offendat, quidue sibi uelint hęc uerba, quia si uidelicet Christiani per sola sacramenta sperent saluari sine adimptione præceptorum dei, quod nullus catholicorum dicit doctorum, imo oppositum credere docentur simplices. Hęc illi. Si doctores damnant idem quod meus dialogus, quo nomine ego in ius uocor, quū stem ab ipsis.

Vbi loquor contra ceremonias? Non  
nimium est inquā, eos sic mori, qui per omnem uitam philosophati sunt in ceremonijs

nijsc Quid aliud ibi dicitur, nisi quod mul-  
ti propè diffidentes ac frigide moriūtur, in  
causa esse quod per omnem uitam fisi re-  
bus externis, & sacramentis uisibilibus, ne  
glexerint ea quæ sunt ueræ pietatis. Nam  
hoc est exordium disputationis de uulgo  
Christianorum puppim & proram in ex-  
ternis collocantium. An hoc est loqui con-  
tra ceremonias? An potius pro Christia-  
na pietate? Nescio an suspicentur hæc o-  
spectare, ut ceremoniæ abrogentur, quan-  
quam nihil est in uerbis meis unde talis su-  
spicio concipi debuerit, tamen eam idem  
ille locus palam excludit, quum ait: At-  
que hæc quidem omnia, quod fiunt pro-  
bo, sed quod hæc fiunt magis ex consue-  
tudine, quam ex animo, non probo, quod  
nihil aliud additur ad Christianismum,  
uehementer improbo &c. Etiam atque  
etiam uide lector, quid sit ex schedis à iu-  
uenibus delatis ferre sententiam. Nam  
hinc satis liquet, eos qui hæc scripserunt,  
non inspexisse dialogi locum, quem car-  
punt.

**19** Quinto peccatum esse mortale indicat  
ornare

ornare templa, dicare monasteria. Hoc uis  
dere est pagina centesima sexagesimater  
ta ante medium, ibi: Vnde mihi uidetur  
uix excusari posse à peccato mortali qui  
sumptibus immodicis aut extruunt aut or  
nant monasteria seu templa, cum interim  
uiua Christi templa &c.

Locus in dialogo sic habet: Rapina est  
largiri male usuris quod debebatur præ  
senti necessitati proximorum: unde mihi  
uidetur uix excusari posse à peccato ca  
pitali qui sumptibus immodicis aut ex  
truunt aut ornant monasteria seu templa,  
quum interim tot uiua Christi templa fa  
me pericitentur, nuditate horreant, re  
rumque necessariarum inopia discrucien  
tur &c. Appello te lector, quid hic aliud  
taxatur quam impensæ immodicæ, nec id  
simpliciter, sed neglectis pauperibus. Et  
in his rebus ferè sibi indulget honesto ti  
tulo potentum ac diuitum ambitio. Vbi  
est ergo ille qui indicat esse peccatum mor  
tale, ornare templa, aut dicare monasterias?  
Quid dicturi sunt, qui dialogum meū cum  
hac criminacione conferent?

In

In dialogo qui inscribitur Apotheosis,  
 Capnion seu Reuchlin excessiue cōmen/  
 dat dum ipsum cōfert in glotia cum diuo  
 Hieronymo, & absq; sedis Apostolicæ au/  
 toritate eum adscribit catalogo sanctorū,  
 eiq; orationem, quæ collecta appellatur,  
 assignat: quæ facienda non sunt per iocū.  
 In diuos enim (ut alibi dicit) per iocum  
 ludere, nec pium est nec tutum: ioci alia  
 petenda est materia. Primum tamen horū  
 habetur pagina clxxxij. circa medium, ibi:  
 Hieronymus Reuchlinum hisce uerbis cō

- 20 pag. 237
- 21 pag. 240
- 22 pag. 243
- Hieronymus Reuchlinum hisce uerbis cō  
 pellabat: Salve collega sanctissime. Se/  
 cundum habetur pagina clxxxiiij. paulo  
 post mediū, ibi: Quid igitur supereft, nisl  
 ut sanctissimi uiri nomen adscribamus Ca/  
 lendario sanctorum? Tertium habetur  
 pagina clxxxvi. circa medium, ibi: Ama/  
 tor humani generis deus, qui donum luv/  
 guarum &c.

20 21 22

Bona spes est Capnionem uiuere cum  
 Christo. Erat uir bonus ac de studijs opti/  
 me meritus. Iocor quidem illuc, sed iocan/  
 do dicere uerum quid uetat, & de sanctis  
 iocari licet citra illorum cōtumeliam. Hic  
 Hiero

Hieronymus laudatur non laeditur. Et si Hieronymus post scriptam Paulæ uitam inuocat illam, ut cum Christo agens extre<sup>mam</sup> ipsius senectutem precibus suis adiu<sup>uet</sup>, quid sceleris sit, si similem opinionem habeam de Reuchlino? Quām multos di<sup>uos</sup> colit Ecclesia, quos nunquam in diuo<sup>rūm</sup> numerum retulit Romana sedes. Tamē si meus iocus non uindicat sibi sedis illius autoritatem.

Nec recte pagina clxxxv. ante medium dicit: Pium secundum in diuarum nume<sup>rum</sup> retulisse Catarinam Senensem in grātiam ordinis & urbis.

Pius Senensis erat, & illic est monaste<sup>rium</sup> Dominicanorū: probabile est itaque illum quum esset ad summum Ecclesiasti<sup>cæ</sup> dignitatis apicem subiectus, à suis ciui<sup>bis</sup> ac monachis sollicitatum, ut eam uirginem in diuorum numerū referret. Talia em̄ non temere agit pontifex nisi rogatus. Ut hoc sit factum, quid malæ rei fuerit

In dialogo qui dicitur Proci & Puellæ, multis exemplis persuadere nititur coniugium præferendum uirginitati. In quo lo<sup>uinianum</sup> sectatur, si non potius superaret illum

23  
pag. 141

25

24  
pag. 155

## 254 DECLAR. AD CENSURAS

illum. Hoc patet pagina cxcvi. in principio, ibi; Interim perit uirginitas &c.

25 Et in fine paginæ eiusdem inquit: Ele  
pag. 256 gans quidem res puella uirgo, sed quid  
prodigiosius anu uirgine?

26 Secundo docet acquiri uirginitatem  
ibidem per actus carnales, quod uereretur dicere  
Epicurus. Hoc habet pagina cxcvij. ante  
medium, ibi: Quid ego audio? uiolanda  
uirginitas ut discatur?

24 25 26

Grauiter profecto, amatoria inter pro-  
cum & puellā altercatio mihi imputatur.  
Sed utram personam mihi tribuūt: Nam  
puella refellit quod à Iuuene dicitur. Nun  
mihi utriusq; asscribetur sermo; Ea uirgo  
non erat destinata monasterio, nec mirum  
& hortatur ad matrimonium. Suum enim  
agit negocium. Nec illa prædicat uirginis-  
tatem quod decreuisset fieri nonna, sed am-  
mantem hoc quoq; telo submouet ab ac-  
celerando coniugio, quod per illud perbi-  
ret flos ac decus uirginitatis. Vulgo autē  
etiam Paulo teste res probrosa est, uirgo  
περιπακκος, quasi nulli iuuenum placuerit.

Et

Et tamen similia, quæ iuuenis adducit, pu-  
ella diuersis refellit. Cæterum quod ait me  
docere uirginitatem acquiri per actus car-  
nales, hoc est per coitū, id mihi ne per som-  
nium quidem unquam uenit in mentem.  
Quum illa procum urgeret laude uirgini-  
tatis & castitatis, ille promittit fore, ut ali-  
quando sic uiuāt in coniugio, ut matrimo-  
nium minimum absit à uirginitate. Hoc ar-  
gumentum puella deridet dicens: Quid  
ego audior? Violanda uirginitas ut disca-  
tur: Ad hoc rursum procus quoniam non  
habebat quod responderet, ridiculo simili-  
elabitur: Quid ni inquiens, quemadmodū  
paulatim bibendo uinū parcius, discimus  
esse abstemij. Nec procus tamen sentit,  
quod iste fingit, coitu acquiri uirginitatē.  
Quis enim nō dicam Epicureus, sed sanus  
hoc diceret? Sed significat in matrimonio  
seruari posse castitatem, ubi iam proles su-  
cepta est, ac iuuentæ seruor deferuit.  
Quis igitur locus erat illi criminationi?  
Docet acquiri uirginitatem per actus car-  
nales: aut illi dicto, quod uereretur dicere  
Epicurus? Utinam hæc alterius nomine  
prodissent in lucem potius quam faculta-  
tis Theologicæ.

Tertio

**27**  
pag. 257 Tertio præfert castitatem coniugalem  
castitati sacerdotum & religiosorum; hoc  
patet eadem pagina cxcvij. post medium,  
ibidem: Atqui uoto astricti abiurant matrimo-  
nium &c.

**27** Mirum uero si proculs nugans cum sua  
sponsa utitur argumento quopiam inani.  
Magis mirum est hæc à Theologis sic ex-  
pendi, quasi ibi serio disputeū thema scho-  
lasticum. Certe iuxta rationem aliquam  
perfectior est, qui inter uiciorum irritamen-  
ta uersans, cōstanti animi proposito se ser-  
uat illibatum, quam qui sibi diffusus pec-  
candi materiam ac facultatem subduxit.

**28**  
pag. 265 In dialogo Eubuli & Catarinæ statum  
religiōis maxime uituperat, secutus Lam-  
perium, multa de eo proponendo. Primo  
carbones illum appellat, & matrimonium  
thesaurum. Hoc patet pagina cciij. in prin-  
cipio, ibidem pro thesauro carbones.

**28** Qui hæc notauit prorsus non intellexit  
locū dialogi. Iuuenis enim illuc utitur Græ-  
corum prouerbio, quo significabat se spe  
delusos, si quando non obtigit quod quæ-  
rebant. Iuuenis autem expectabat, ut se in  
puellæ amorem insinuaret, ab ea spe deci-  
dit

dit, quum audiret de monachismo. Locus  
sic habet: Ut adiūgerer collegio sacrarum  
uirginum. Eub. Ut fieres monacha? Cat.  
Sic habet. Eub. Hem pro thesauro carbo-  
nes. Non sentit se pro thesauro matrimo-  
nij reperisse carbones uirginitatis, sed se  
pro eo quod sperabat, reperisse quod min-  
ime uolebat. Hæc enim auersus dicit, nec  
puellæ loquitur, sed sibi. Si quis urgeat ní-  
hil reterre cui loquatur, qui propositū uir-  
ginitatis carbonibus cōfert, id facit eadem  
prudentia, qua uoluptatem anteponit uir-  
tuti. Talem enim ibi fingo. Deum immor-  
talem cuiusmodi notationes. Hic scilicet  
mihi defendendum erit, quicquid cum pu-  
ella nugatur adolescens amans. Constat  
enim illum uti quibusdam falsis argumen-  
tis, sed illa refellit multa.

Secundo ingredi religionem inuitis pa-  
tentibus, dicit esse cōtra legem naturalem  
& diuinam. Hoc patet pagina ccvij. pau-  
lo post medium, ibi: Natura dicit, deus  
approbat. Paulus hortatur, humanæ leges  
sanciunt, ut filij obedient parentibus &c.

Amatoria altercatio est. Ille uocat mo-  
nachismi professionem, seruitutis genus.

X Illa

29

pag. 271

29

Illa respondet hoc seruitutis genus à probatissimis viris maxime pbari, si quis sua sponte suscepere. Ille multis argumentis persuadere conatur puellæ non esse libera. rum, ut se parentibus inuitis subducatur, illa respondet, in negocio pietatis cessant naturæ leges. Si finxisset duos altercantes, quorum alter suaderet institutum monachorum, alter dissuaderet, nōne suus utriusque sermo foret tribuendus? Quanquam iuuenis non simpliciter dissuadet monachismum, sed illi tali puellæ dissuadet ex iuriis circumstantijs, quæ tales esse possent, ut pium esset hanc aut illam reuocare ab obligatione uitæ monasticæ: uelut si parentes egeat ministerio filiæ, si tale sit monasterium ut in paternis ædibus liceat sanctius uiuere, tales sint præfecti, ut dominus sit futura uirginitas. At huiusmodi plurimæ circumstantiæ congruunt in hanc quam induco, puellam.

**30** Tertio uocat nouam seruitutem statum  
*Ibidem.* religionis. Hoc habet pagina ccix. ibi: At inuentum est, sub prætextu religionis nouum seruitutis genus.

Primum

30

Primum iuuenis amans suū, ut dictum est, agit negocium, & ut sit in pugna, omnem machinam intentat in puellam, ut ab instituto reuocet, utens argumentis qui buslibet. Dolus an uirtus quis in hoste requirit? Nec omnino falsum est, monachorum institutum esse seruitutis genus. Ut enim liber est, qui suo uiuit arbitrio, ita quodammodo seruus est, qui totus pendet ex alieno. Nam id est abdicatio proprie uoluntatis quam iactant. Quod si respicias pleraq; cœnobia, nimis uerum est quod dixit iuuenis. Vbi non est studium sacrarum literarum, ubi non est uigor spiritus, ubi non est omnia condulcans charitas, ubi qui præsunt nec exemplo uitæ prouocant, nec pascunt uerbo dei, nec hor tantur amanter, sed plusquam tyrannico supercilio tantum imperant ac sœuiunt, quid hic aliud est quam misera seruitus sub titulo religionis? Et huiusmodi monasteriorum nimis ubique magna est copia. Quāquam hoc ipsum iuuenis dictum puella reiicit, ut ante dictum est.

Y 2 Quarto

340 DECLAR. AD CENSVRAS

31 Quarto doctrinam docentē ingressum  
pag. 272 religionis, uocat pharisaicā & contrariam  
doctrinæ Apostoli. Hoc patet pagina ccix  
post mediū, ibi: Ista uero doctrina pharisaicā est, Paulus cōtra docet, ut qui liber &c.

31 Vbi nulla est disciplina ueræ religionis,  
eò maxime pelliciunt rudem ætatem, eamque  
docent nō pietatem, sed præter alias artes  
hic non referendas, frigidas ceremonias.  
In talibus collegijs quum sit misera seruitus,  
pharisaicum est improbis hortatibus,  
blandimentis aut minis eò perpellere sim/  
plices adolescentulos, ut faciant illos du/  
plo gehennæ filios. Hoc fieri passim, nec  
ipsi ni fallor Theologi negant. Quod aut  
iuuenis huc respexerit, declarat quod mox  
sequitur: Atque hoc infelior est seruitus  
quod pluribus dominis tibi seruendū sit,  
quod plerunque stultis & improbis, quod  
incertis ac subinde nouis. Iam non statim  
damnatur, quod aduersa ē doctrinæ Pauli.  
Ille ius facit uescendi quibuslibet. Hoc ius  
ademit Ecclesiæ constitutio. Et haud scio  
an Paulus hoc monachorum genus, quod  
his uidemus temporibus, fuerit probatu/  
rus si uidisset. Denique ut me nihil horum  
subleuer

subleuet, dicerem poteram, iuuenem non disputare in schola de comparatione uirginatus & matrimonij, sed suæ cupiditatil inseruire. Quod si mihi in dialogis impingitur quicquid à quoconq; dicitur, nec apologetos quidem scribere fuerit tutum, ne quod lupus aut crocodilus dixerit, impunitur Erasmo.

Quinto hostiliter insectetur religiōem. 52  
Hoc patet pagina ccx. post principium, pag. 275  
ibi: In negocio pietatis cessant naturae leges. Negocium pietatis agitur in baptismo: hic tantum agitur de ueste mutanda, deque genere uitæ, quod per se neque bonum neque malum.

Religionem absit ut quisquam hostiliter insectetur, quem sit uita immaculata, & purus ab hoc seculo animus. Sic argumentatur iuuenis, cuius omnia uerba mente uerbi, quum finxerim nugonem, sit ineptum. Monachi iactant abdicationem mudi, & addictionem quæ se Christo mancipant. Hoc inquit, sit in baptismo, in quo renunciatur satanae, & omnibus illius pompis ac uoluptatibus, nec quicquam pie geritur in monasterijs, quod alibi non possit

Y 5 præ

præstari, aut aliud illo melius. Quid igitur addit monachorum professio? Mutatur præpositus, designatur locus, præscribitur uestis, cibus, & alia quædam humana, que per se neque bona sunt neque mala, ut non statim pius sit, qui illa seruauerit, nec impius qui se ab illis liberum custodierit. Sic argumentatur iuuenis, non Erasmus, malens puellam anachoritidem fieri quam cœnobitidem. Non tamen insectatur religionē, sed putat hanc religionem omnes Christianos professos in baptismo, in quo complices errant, dum aut parum tribuunt primæ illi ac summe professioni, aut nimium tribuunt professioni monachorum, dum taxat horum temporum.

**53**  
pag. 274

Sexto afferit æque bene seruari obedientiam, paupertatem & castitatem in domo parentum sicut in religione. Hoc patet pagina ccx, circa finem, ibi: Iactant obedientiam: num ea laus tibi deerit si obedis parentibus tuis, quibus iubet obediri &c.

**53**

Aeque bene, non est in Colloquio, sed iuuenis tantum dicit illi non defutaram obedientiæ & paupertatis laudē si obediat parentibus, ac sub illis ipsa nihil possideat.

Olim

Olim enim præcipua laus erat uirginem Christo dicatam habitare cum parētibus.

Septimo afferit, ceremonias religionis nihil facere ad pietatem, nec quenquam <sup>pag. 274</sup> commendare oculis Christi. Hoc habet pagina ccxi. in principio ibi: Quid igitur superest? Velum, linea uestis ex intima ueste in extimā, ceremoniæ quædam quæ nihil faciunt ad pietatem.

Iuuenis sentit uestem, cibum, cæteras externas, quæ monachis prescribuntur, per se nihil facere ad pietatem, & quod sentit expressit. Quum enim differuerisset, castitatem, obedientiam ac paupertatem etiam in parentum ædibus seruari posse, colligit hæc non esse propria monachorum. Quærit igitur, quid sit illis proprium? Respondet sibi, uestis, & peculiares quædam ceremoniæ, quæ sine illis communibus, non commendant quenquam Christo, sed faciunt hypocritam, non igitur simpliciter dictum est, monachorum ceremonias nihil facere ad pietatem.

Octavo contendit ingressum religio-<sup>35</sup> nis inuitis parentibus, esse illicitum. Hoc <sup>Ibidem</sup> patet pagina ccxi, circa medium, ibi:

Y 4 Quæ

Quæ est igitur ista noua religio quæ facit  
irritum quod & naturæ lex sanxit, & ue-  
tus lex docuit, & Euangelica lex compro-  
bauit: &c. Nono eadem pagina paulo  
post prædicta uerba dicit: Istud decretum  
scilicet ingressus religionis inuitis parenti-  
bus, non est à deo proditum, sed in mona-  
chorum senatu repertum. Tandem riden-  
do petit sibi assignari locum scripturæ sa-  
cræ à Theologis, quo doceatur institutum  
religionis, cum multa illuc esse satis explo-  
ratum sit. Hoc habet pagina ccxiij. paulo  
post principium, ibi: Ab ipsis igitur Theo-  
logis exige ut proferant aliquem è sacris  
libris locum qui hoc doceat.

**37**  
*Ibidem*

**35 & 36**

Ad hoc iam respondi supra: Dominus  
iubet relinquere patrem ac matrem propter  
ipsum: hoc est, si reuocent ab Euangeliō,  
aut ad impia uocent, contemnendam illo-  
rum autoritatem: nihilominus in cæteris  
rebus Christianus impijs parētibus debet  
obsequium. Quod autem sacræ literæ de-  
relinquendo mudo, hoc est de paganismo  
aut Iudaismo tradunt, pleriq[ue] trahunt ad  
hunc monachismum, quum mundus sit in  
affe

**36**  
p<sup>ag.</sup> 275

affectibus, non in loco, aut ueste. Nunc dum est desertis parentibus Christianis, præter illorum assensum addicere sese monachis, præsertim si parentes prius sint, quales ibi singo, & quibus præcipuum senectutis solatium pendeat ab unica filia. Nam has omnes circumstantias habet dialogus, quibus positis non absurdum est, quod argumentatur iuuenis; atque illis non positis, tamen thema erat disputabile.

Hic qui decerpserit locum, non satis fuit attentus: nec enim ibi loquitur de professione monachismi simpliciter, sed tantum de ceremonijs. Sic enim argumentatur: Si cætera omnia seruare potes apud parentes agens, & nihil accedit præter nomen nonnæ, uestem, & ceremonias, ob similia non est contemnendum ius parentum, quod non auocat à pietate, ne à perfecta quidem. An sint in scriptura loca, quæ hoc doceant, nescio, mihi nondum comperta sunt.

In dialogo qui dicitur Virgo poenitens 58  
increpat inducentes ad religionem. Hoc pag. 277.  
patet pagina ccxiiij. circa finem, ibi: O im-  
probabilitatem stolidorum &c. Idem facit 59  
pagina ccxiiij, circa finem, ibi: O scitos hi pag. 279  
Y 5 striones

546 DECLAR. AD CENSVRAS  
striones, ut norunt agere suas fabulas sim-  
plici populo.

38 & 39

Virgo narrarat, miram improbitatem,  
& artes monachorum impudentium, qui  
bus parentes impulerant ad assensum, ad/  
hibitis etiā uini machinis, tum mīnis, quasi  
exitium immineret, nisi filiam sinerent fie/  
ri monacham. In hos clamat adolescens. O  
improbitatem stolidorum, non in quos li/  
bet adhortantes ad uitam monasticam.  
Quanquam illud non erat hortari, sed ad/  
mouere uim. Quod autē iuuensis post ite/  
rum exclamauit: O scitos histrones, non  
codem pertinet, sed ad pompam, qua pub/  
licitus deducebat puellam ornatu sponsæ  
ex ædibus parentum in monasterium. Lo/  
cus ipse Colloquij declarabit esse uerum  
quod dico. Hæc ex abūdanti respondi pro/  
iuene, quum mihi nō sit necesse præstare  
quicquid illū loquentem facio, non hercle  
magis, q̄ si comœdiā scriberē, præstan/  
dum esset quicquid à quacunq; persona di/  
ceretur, quum ibi loquantur lenones, para/  
siti, lenę ac meretrices. Quanq; ille ipse iu/  
uenis in fine dialogi submouet offendicu/  
lum

lum infirmorum. Rogatus enim à puella,  
num damnaret in totū monachorū institu  
tum, Nequaç̄ inquit, uerum quemadmo  
dū nemini suadere uelim, ut quæ se in hoc  
uitæ genus coniecerit lucetetur emergere,  
ita non dubitarim hortari pueras omnes,  
præsertim indolis generosæ, ne se temere  
eò præcipitent, unde post se se non possint  
explicare, præsertim quā in ipsis collegijs  
grauius interdū periclitetur uirginitas, ac  
domi præstare ualeas, quicquid ibi præsta  
tur &c. Reliqua sunt argutatiōes, clausula  
serio declarat quid sentiendū sit. Aggrede  
uitam monasticā, non uetat, sed eò temere  
præcipitari non probat. Arbitror autem  
idem sentire Theologos.

Præterea resilientem à religione com/  
mendat tanquam bene egerit quod in re/  
ligione non permanserit. Hoc patet pagi/  
na ccxv. circa finem, ibi: Bene habet quod  
mature resilieris prius quam seruitutem  
eternam esses professa. 40 pag. 280

Et hoc secus relatum est quam habe/  
tur in Colloquio. Non enim iuuenis lau/  
dat quod resilijt à religione, sed gratula/  
tur pueræ, quod quum esset hoc animo  
ut

543 DECLAR. AD CENSVRAS

ut ibi durare non posset, tempestive reliquisset monasterium priusquam esset quicquam professa. Adhuc enim integrum erat mutare propositū. Dialogus sic habet: Bene habet, quod mature resilieris priusquam seruitutem æternam esses professa.

- 41 In dialogo militis & Carthusiani cere<sup>pag. 308</sup> monias religionis minimi facit, & ab illis omnem fiduciam aufert. Id uidere est pagina ccxxxvi. in fine, ibi: In ueste, cibo, precu<sup>lis cæterisq; ceremonijs &c.</sup> Et pagina  
42 ccxxxvij. in principio, ibi: Quid alij faciat  
<sup>pag. 309</sup> non est meum iudicare, ego his rebus nequaquam confido, minimumq; tribuo.  
43 Et eadē pagina paulo post: Rasum caput  
Ibidem & uestis color non commendat me deo,

41 42 43

Recte minimi facit ceremonias monachorum, qui eas seruat, sed tamē in his non collocat fiduciam pietatis, uerum in animi pietate & in Christo. Miles enim obiecerat Cartusiano, quod in ueste, cibo, preculis cæterisq; ceremonijs ponerent fiduciā, neglecto studio pietatis. Ad hoc ita respōdet Cartusianus: Quid alij faciant, non est meū iudicare, ego his rebus nequaquam confido

confido, minimumq; tribuo, sed in animi  
puritate, & in Christo colloco fiduciā &c.  
Qui minimum tribuit, non nihil tribuit, &  
iuste facit, qui in ratione pietatis extremo  
loco habet ea, quibus debetur extremus  
locus, modo et illa seruet amore cōcordię.  
An hæc doctrina corrumpet animos iuue-  
nū, si discant in monasterijs in primis stu-  
dendum esse purgandis affectibus, exter-  
na tamen illa seruanda quidem, at nō tantū  
aestimanda, ut in his potissimum existiment  
sitam pietatem? Si pie loquutus est Pau-  
lus, esca non commendat nos deo, quum  
deo gratum sit, si quis sobrietatis amore,  
aut domandæ carnis gratia ieiunet, aut ab-  
stineat à uino cibisq; lautioribus; non im-  
pie loquitur Cartusianus, Rasum caput,  
aut uestis color, non commendat me deo.  
Vtique per se non commendat.

In dialogo qui dicitur Naufragium im- 44  
Pie titulos quos Ecclesia recte tribuit bea- p<sup>ag</sup>.325  
tae uirgini Mariæ eidem detrahendos cen-  
set. Hoc uidere est pagina ccxvij. in prin-  
cipio, ibi: Nautæ canentes, Salve regina,  
implorabant matrem uirginem, appellan-  
tes eam stellam maris, reginam cœli, domi-  
nam

## 350 DECLAR. AD CENSVRAS

nam mundi, portumq; salutis, alijsq; mul-  
tis titulis illi blandiētes, quos nusquam illi  
tribuunt sacræ literæ. Hoc falsum est cum  
sacræ literæ eam matrem dei appellēt, un-  
de illi tituli omnes clare deducuntur.

**44** Ad hæc tam exacte respondi monachis  
Hispaniensibus, & Alberto Pio, ut neq; li-  
beat, neq; necesse sit eadem toties repe-  
re. Quum in hoc dialogo sint uariæ perso-  
næ, sicuti fit in nauibus, & in his rudes alii  
quot, rursus aliæ superstitiones, non est mihi  
serio tuendum quid quisq; dixerit. nihil  
magis q; si talem historiam retulisse.  
An omnes illi tituli deducātur ex eo quod  
dicitur mater dei, quanquam uix hunc ti-  
tulum inuenio in canonicis literis, matrem  
Iesu lego, nihil obsto: neq; nego omnes il-  
los titulos & his etiam sublimiores compe-  
tere in uirginem matrem aliquo sensu: fed  
hoc nomine notantur crassi nautæ, quod  
calibus titulis illi tanquā mulierculæ blan-  
direntur, quum alioqui genus hoc homi-  
num sit impuris moribus. Aliud autem  
est esse in sacris literis, aliud est inde ut cu-  
que deduci, ne dicam extorqueri. Quoniam  
autem in Colloquio additur, atq; alijs  
titulis

titulis blandientes, ad illos titulos non expressos magis pertinent hæc uerba, quos illi non tribuunt sacræ literæ. Christiani candoris erat sermonem ancipitem interpretari in partem commodiorem. De titulis uirgini detrahendis, neq; dictum est aliquid, neque cogitatum.

Deinde ibidem irreuerenter de eadem beata uirgine loquitur, comparando eam Veneri, & faciendo illi succedere in agenda cura nautarum. Vnde ait ibidem post præmissa uerba. Quid illi cum mari, quæ nunquam (opinor) nauigauit? Olim Venus agebat curam nautarum. Sequitur: Et quoniam desit curare, suffecta huic matris non uirgini, uirgo mater.

45

*Ibidem*

46

45 &amp; 46

Ethnica superstitione credidit Venerem habere curam nautarum, quod ex mari singatur nata. Ridetur itaq; nautarum superstitione, qui simili animo implorabat uirginem matrem. Quanquam totum hoc quod ille respondet manifestum habet iocum. Idque ne esset obscurum, feci alterum respondentem: Ludis tu quidem.  
Nec

Nec hic iocus recidit in uirginem, sed in  
nautas.

**47** Reprobat insuper prolixius uota fieri  
pag.326 sanctis. Hoc patet in fine supradictæ pagi/  
næ, ibi: Nulli diuorum nuncupabas uota?  
Respondet alter in principio paginæ se/  
quentis: Nequaquam, & causam dicti sui  
addens, quia nō paciscor (inquit) cū diuis.

**47** Vota non damnantur simpliciter, sed ri/  
detur hominū superstítio, qui sic paciscun/  
tur cum diuis, quasi cum hominibus rem  
habeant. Sequitur enim: Quid enim est a/  
liud iuxta formulam, Do ut facias, aut fac/  
iam si facias, dabo cereū si enatem, ibo Ro/  
mam, si serues. Iam finge in ea naui fuisse  
quempiam non alienum à Luteranismo,  
quid ego peccavi, si illi affixi sermonem  
conuenientem?

**48** Reprehendit item subsidū implorare  
Ibidem sanctorū in sua necessitate. Hoc patet pa/  
gina ccl. paulo post principiū, ibi: At im/  
plorabas alicuius diui præsidū? Respon/  
det alter: Ne id quidem: & dat rationem,  
quia spaciosum est cœlum &c.

**48** Nulla est reprehensio in dialogo, me/  
rus iocus est, subindicans tamē optimum  
esse

esse, in omni necessitate rectâ ad deum  
confugere.

Præterea ridet inuocare sanctum cuius nomê sit ignotum. Hoc patet pagina ccli. circa finem, ibi: Si nomine compellasses eum, audisset.

Et hic meritis iocus est, non damnans in inuocationem ignotis diui, subindicâs tamen nautæ superstitionem, quæ magis putarit inuocandum ignotum diuum, quam Christum notissimum. Nihilo autem peius ageretur cum religione Christiana, si paulo minus tribueretur inuocationi diuorum quam tribuitur à nonnullis. Præterea fingant rursum si liber eum qui sic iocatur esse semiluteranum. Sermo personæ congruit.

Addit insuper risum super religioso Dominicano, qui ut se seruaret, depositus culâ, dicens deposita cucula, non potuisse agnoscî à diua Catarina Senensi. Hoc patet pagina ccliij. in fine, ibi: Quid autem de Dominicanis? Et pagina ccliij. in principio, ibi: Melius enatasset si non dimisisset sacram cuculam, ea deposita qui potuit illum agnoscere Catarina Senensis?

Z. Non

49

pag. 518

49

50

pag. 555

51

Ibidem

50 &amp; 51

Non arbitror periclitari fidem, si quis quid iocetur in cucullam alicuius Dominicani.

**52** In dialogo qui dicitur Inquisitio de fide, arduas fidei quæstiones & periculosas simplicibus & pueris contra iuris dispositionem proponit, nonnullos annexens errores: Quorum primus est, quod patri in diuinis conueniat autoritas quæ non conuenit filio: qui ponitur pagina ccxcij. ibit.

**¶4g.384** Cur igitur sacræ literæ filium magis appellant dominum quam deum? Respondeatur: quia deus nomen est authoritatis, quæ patri conuenit. Quod falsum est: non enim hoc nomen deus ullam dicit autoritatem propter quam non æqualiter competit omnibus personis. Atq; indifferenter uocatur filius deus sicut & pater etiam in sanctis scripturis: Ioannis primo, Et deus erat uerbū. Et Ioānis ultimo: Dominus meus & deus meus. Et alijs multis locis.

**52** In eo dialogo non loquuntur pueri, sed Theologus Luteranus cum Orthodoxo. Nec enim omnia colloquia scribunt pueris, nec aliquo par est nolle pueros aliquando

do adolescere. Autoritas ibi dicitur ratio principij, quod Theologos latere non posuit, quum in hunc sensum usurpetur frequenter à diuō Hilario, cuius uerba recitantur etiā in sententijs Theologicis. Esse autem in patre perfectissimam quandam principij rationem, quae nec est in filio nec in spiritu sancto, fatentur opinor & Theologi. Proinde non arbitror hic quicq̄ esse in sensu quod offendat pios, tantum unius uoculae, uidelicet autoritas, usus parum animaduersus turbauit quosdam. Ad hoc satis exacte respondi monachis Hispanis ensibus.

Secundus error est quod in humanitate Christi, in beata uirgine atq̄ sanctis, nō pag. eadem sit collocada fiducia sub deo, uario tamen gradu. Qui ponitur in prædicta pagina ccxcij. his uerbis. Ergo & in Iesu collocas tuam fiduciam. Quid nī? Paucis tamen interpositis sequitur: Quanquam nec in hoc fiduciae speiq̄ meæ sacram (ut aiunt) anchoram figerem, ni deus esset. Ibidem

Rogat inquisitor quur Symbolum appetet patrem deum, filium dominum, quod idem frequentius fit in sacris literis, Z 2 præser

præsertim apud Paulum. Alter ita respon-  
det: Quia deus autoritatis est nomen, quo<sup>z</sup>  
patri conuenit; Dominus redemptoris &  
assertoris. Hic proferunt è scripturis testi-  
monia, quod filius quo<sup>z</sup> in scripturis dici-  
tur deus. Hoc quur faciendum duxerint  
admiror. Nam si metuebāt ne quis ex hoc  
loco suspicaretur solum patrem appellan-  
dum deum, Mox sequit: Quāquam & pa-  
ter redemit per filium, & filius deus est ex  
deo. De genere attributorum hic agitur,  
quæ iuxta consuetudinem scripturarum  
uni personæ frequentius tribuuntur, cum  
re uera omnibus ex æquo conueniant, ue-  
luti quoties sub nomine sapientiæ intelli-  
gimus filium, & quoties bonitatem tribui-  
mus spiritui sancto, quum sit eadem om-  
nium bonitas & sapientia. Nec inquisitor  
petit quare in sacris literis solus pater ap-  
pelletur deus, sed quare frequentius & ab-  
solute. Si quidem hæc uox deus in nouo  
præsertim testamēto crebro sic usurpatur,  
ut unicam personam significet, uidelicet  
patrem: Item hæc uox dominus, ut per se  
declaret filij personam, licet utrunc<sup>z</sup> utrinc<sup>z</sup>  
æque cōpetat. Restat ille scrupulus, quod  
deus

deus sit nomen autoritatis. Sonat enim summum principatum, hoc est autoritatē, & autoritatem Hilarius patri ueluti peculiarem attribuit, eoq; in Symbolis solus dicitur creator cœli & terre: & quicquid per filium aut spiritum sanctum geritur, ad patrem ueluti fontem refertur, unde reliquæ personæ habent etiam hoc ut sint. Verum hæc peculiaritas uel consuetudo potius literarum non excludit alias personas à nominis communione. Sed deus inquiunt, nullā significat autoritatē, propter quam non æqualiter competit personis. Quod dicunt uerum est, & assentior maxime: neque enim de re loquimur, sed de consuetudine scripturarum. Necq; enim ideo pater non est æque sapiens, quia filius appellatur sapientia. Simpliciter ut res habet expressum, et quod animo sensi, uerbis mea sentiā, latius expressi. In nullo dissentimus, & tamen mihi impingitur error. Haec factati nō sunt imputanda, sed his qui frustulis per imperitos detruncatis rem tam seriam agūt. Fiduciam ut crebro monui, appello principale præsidū. Sub deo, non est in meo dialogo: Qui fudit homini

Z. 5 sub

sub deo, deo fidit potius quam homini. Certe hic agi de summa fiducia, locus ipse conuincit. Quanquam inquit, nec in hoc nimis loco, fiduciæ speiç meæ, sacram ut aiunt, ancoram figerè, ni deus esset &c. Quisquis sacram ancoram dicit, non quālibet fiduciam uult intelligi, sed præcipuā. At finge simpliciter dictum, fiderem, quur hoc mihi nō liceat, quum propheta dicat: Maledictus qui confidit in homine, uide licet loquens de summa fiducia. Hoc si uestrissimum maximeç pium est, quur mihi impingitur error? Quod si quid alij perperam docuerunt de inuocandis diuis, num ideo putant æquum reprehendi, quod ab alijs recte dictum est.

54  
Pag. 391

Tertius error scriptus pagina ccxcvij. Quid igitur prohibet spiritum sanctum appellari filium; B. Quia nusquam lego genitum hunc, nec huius lego patrem. Erronea est ista responsio. Non enim propterea spiritus sanctus non appellatur filius, quia nō legitur, sed propter proprietatem emanationis eius, rationi cuius repugnat eum uocare filium ante omnem scripturam.

Hic

Hic captio in uocabulis est, non in sensu. Nam ideo non est scriptum, quia non est. Et huius responsonis, quam uocant erroneam, non puduit diuum Hilarium, qui non audet aliam adferre rationem, quur ueretur spiritum sanctum dicere genitum, nisi quod in scripturis non reperiatur expressum. Ac magni Theologi fatentur non posse liquido reddi rationem, quur spiritus sanctus non dicatur filius, praeter autoritatem scripturæ. Nam qui dicit rationem emanationis, uerba tantum dicit, quum ea proprietas nec explicabilis sit, nec intelligibilis, immo quum emanandi uerbum non sit in sacris literis. Alioqui emanat & qui nascitur, & mirum est non dici filium, qui suam essentiam sortitur ab alio.

Quartus error quo dicit non credendum in sanctam Ecclesiam, pagina eadem ccxevij. & ccxcix. his uerbis: Credis in sanctam Ecclesiam? B. Non. Et rursum: Cur horres dicere, Credo in sanctam Ecclesiam? &c. Cum autem catholici doctores sensum reddant illius propositionis, Credo in sanctam Ecclesiam, & multe Eccle

55

pag. 392

Ibidem

siæ ita decantent, temerarie asseritur non  
recte dici.

55

Nullus illic asserit non recte dici. Credo  
in sanctam Ecclesiam, sed citatur Cypria-  
nus quem sequitur Augustinus. Ideo uero  
nominauit autorē, quia mihi ea distinctio  
non admodum probatur. Magis arbitror  
esse proprietatem Hebraei sermonis, quē  
admodum in Euangelio promiscue legi-  
mus, Confitebor eū, et confitebor in eum.  
Si doctorū autoritas queritur, probatissi-  
mi Ecclesiæ doctores cōmonstrarūt quod  
habet dialogus. Quid Ecclesiæ hæ aut illæ  
canant non animaduerti, neque continuo  
rectum est, quicquid in quibuslibet Eccle-  
sias canitur. Dicent quur doces quod non  
probas? quia sensus pius est, quia magnis  
nititur autoribus.

56

*Ibidem.*

Quintus error est quo dicit malos non  
esse de Ecclesia, quæ non constat nisi de  
bonis. Qui error Euangelicæ doctrinæ ad-  
uersatur. Et ponitur pagina ccxcix. circa  
principium, ibi; Ab Ecclesiæ consortio re-  
secatur separatur quisquis admittit crimē  
letale. Et paulo pōst; Ecclesia non constat  
nisi ex bonis,

*Ibidem*

Ecclesia

Ecclesiæ uocabulum diuersis modis u/  
surpatur in sacris literis; arbitror autē hic  
ideo sanctam uocari sponsam illam occul-  
tam, quæ nō habet maculam neq; rugam.  
extra hanc sunt Ethnici, Iudæi, & Christia-  
ni peccato capitali obnoxij, unà cum hæ-  
reticis, etiam si non fuerint anathemate re-  
septi. Apud homines uersantur in Eccle-  
sia, apud deū sunt resepti, ut membra mor-  
tua. De hac sponsa Christi, quæ non habet  
maculam neq; rugam, sentire dialogum,  
declarant quæ ibi leguntur. Qui colunt u/  
num deum patrem, qui totam suam fidu-  
ciam collocant in eius filio, qui eodem hu-  
ius spiritu aguntur, à cuius consortio rese-  
catur, quisquis admittit crimen letale. Ac  
paulo post: Ecclesia uero pprie dicta quā  
quam non constat nisi ex bonis, tamen ex  
hominibus constat qui possunt fieri mali  
&c. Christus uiuit, neq; conuenit ut capit  
uiuo societur corpus habēs membra mor-  
tua. Nec hoc aduersatur Euangelicæ pa-  
tabolæ de sagena, quę non significat illam  
electam sponsam, & soli deo cognitam, sed  
generalem illam Ecclesiam, quæ comple-  
titur omnes baptizatos, toleratq; bonos

ac malos, quoniam hominum corda non  
introspicit, quod solius est dei. Huic igitur  
seruat eos iudicandos. Cæterum quur mu-  
tarint præpositionem nescio. Nusquam e-  
nīm dico malos non esse de Ecclesia, sed  
non esse in Ecclesia sancta, quæ uiuit agi-  
turç spiritu Christi. In hac opinor Theo-  
logi non collocant obnoxios crimini le-  
tali.

**57** Sextus error est pagina ccc. in princi-  
pio his uerbis: Extra Ecclesiam non est ul-  
la peccatorum remissio. Et constat quod  
capiendo Ecclesiam, ut prius cepit, ut ex-  
plicat, hoc falsum esse: cum in Ecclesia he-  
reticorum detur uerum baptisma paruu-  
lis. Etiam per penitentiam assequitur quis  
peccatorum remissionem: & fit de Eccle-  
sia dictio modo.

**57** Baptismus apud hereticos datus efficax  
est, fortassis & apud Iudæos, sed tamē uis  
baptismi est à fide Ecclesiæ, & hereticus  
qui generali fide baptizat, malus minister  
Ecclesiæ utitur organo. Si tamen ab hereti-  
co baptizetur, consentiens illius impijs  
dogmatibus, non accipit remissionem pec-  
catorum, sed charactereq̄ modo, qui præ-  
stat

stat ne denuo cogatur tingi. Ad hæc qui  
veniunt ad baptismum cum fide, non pro/  
prie sunt extra Ecclesiam, sed in uestibulo  
Ecclesiæ. Ac fortassis in Ecclesia apud de/  
um. Cætera adhibentur ad confirmādam  
apud homines fidei societatem. Porro per  
poenitentiā redditum esse in Ecclesiam ne/  
mo negat. Sed non redit, nisi qui discessit.

In dialogo Franciscani prætendit con/  
uenientius esse quod religiosi non diffe/  
rant uestimentis à cæteris hominibus. Hoc  
patet pagina ccccxxxv. in principio, ibi:  
Quid sentias utrum existimes satius, mo/  
nachos à cæteris cultu non differre? Re/  
spondet alter: Evidem arbitror simplici/  
us & Christianus &c.

Quid hoc ad pietatem, si non essent in  
orbe tam infinita cultuum discrimina?  
Quanquā ibi Conradus aliquanto circun/  
spectius loquitur, ita respondens: Evidē  
arbitror simplicius & Christianus, non  
æstimari quenquā ex cultu, modo sit ho/  
nestus ac decorus. Non damnat uarietatē,  
sed notat hominum superstitionem, qui  
hinc æstimat proximum. Et tamen is qui  
hæc

58

pag. 433

58

hæc loquitur, negat uestem esse mutandā, propter offendiculum hominū, & receiptam cōsuetudinem. Decet autem monachos non tam coloribus & formis, quam simplicitate ac uilitate uestis à cæteris differe.

59

pag. 439

Eadem pagina post medium, innuit uarietatem uestium in religione inductam esse ex superstitione, ibi: Posteriores additis quibusdam rem uerterunt in superstitionem &c.

59

Infinita uarietas non caret aliqua superstitione, nec omnes prescribit Ecclesia, sed plerasque sibi comminiscuntur homines, studio quidem fortasse, uarietatis, sed interdum non secundum scientiam. Enumera si potes quot sint uarietates in uno genere Canonorum regularium aut cruciforum, ne cætera commemorem. Et in his sunt quædam sic præter usum affectata, ut sint incommodo, quum uestis ad commoditatem corporis sit reperta.

60

pag. 435

Modum præterea honestum quo habitus differunt ab alijs, Iurisperiti, Iudices, aut doctores carpit. Hoç uisdere est pagina ccxxxii. in principio, ibi: Itacq; mihi stul-

tissimum uidetur sapientiam profiteri ueste.

Hoc argumentum proponit Pandocheus, sed à Conrado refellitur. Proinde mihi parum candide impingitur, Iurisperitis nemino inuidet ornatum suū, nec video quid hoc pertineat ad fidem catholicam.

In dialogo qui inscribitur Peregrinatio religionis ergo, epistolam sub nomine beatæ Mariæ uirginis confingit ridiculā quidem, sed blasphemie proximam, qua se legitari beata uirgo dicit quod Luterum secutus quispiam suaderet superuacaneum, diuinos inuocare, q̄ inde magna deinceps molestia leuaret. Minatur item si sanctos defellant homines suis armis se ab eorum iniuria vindicaturā. Hoc habet pagina ccccxxvi.

Planè iocus est, sed is in Zuinglianis cadit, non in diuam uirginem. Quanquam non illic agitur de uirgine matre, sed de statua uirginis, quæ summo in honore habetur apud Eluetios, dicta Maria de lapide. Id esse uerum indicat epistolę clausulam. Ex aede nostra lapidea &c.

Et pagina ccccxxix. carpit quod in Ecclesia sint tot baptisteria, tot candelabra, tot statuæ aureæ, tot organa, tot concensus

60

61

pag. 559

61

62

pag. 595

tus

tus musici, immensi sumptus. Hoc patet pagina ccclv. in principio, ibi: Sed quorū sum attinēt tot baptisteria &c. Nihilominibus tamen hæc omnia pertinent ad honorem & cultum dei, nec propterea pauperes deseruntur.

62

In Colloquio quidam nihil aliud reprehendit, quām immenso precio cōstantem templorum ornatum, Sic enim ingreditur: Fateor in sacris uestibus, in uasis templi, deberi cultui solenni suam dignitatem, uolo & structuram habere maiestatem suam; Sed quorsum attinent tot baptisteria, tot candelabra, tot statuæ aureæ? Quum ait tot, immodicam taxat multitudinem: quum aureæ, taxat immodicas impensas. An luxus pertineat ad honorem dei nescio, & an pauperes nihilominus curen-  
tur alij uiderint: certe quod ibi redundat, non subleuat pauperum inopiam, nec raro fit ut quod egenis negatum est, tyran-  
nus sacrilegus, aut impius miles, semel au-  
ferat. Et tamē hoc ipsum quod ibi quidam  
argumentatur, alter soluit dicens: In his  
quidem nemo uir pius ac prudens mo-  
dum non desiderat. Verum quoniam hoc  
uitium

uitium ex immodica quadam pietate na-  
scitur, fauorem promeretur. Ac paulo in-  
serius : Denique malum uidere templum  
sacra supellectile luxurians, quam ut sunt  
quædam, nuda, sordida, stabulis equorum  
similiora quam templis &c. Quin hic ser-  
mo mihi impingitur, qui fortasse iustius  
poterat impingi. Si dicent nullum impen-  
dium in templorum ornamētis posse esse  
immodicum, habet quod damnent in col-  
loquio.

Non uult soleas & calceos sanctorū po-  
pulum exosculari, quod tamen bene fit. Id  
indicat pagina ccclx. in principio, ibi: Cæ-  
terum impudens est, calceos, soleas & sub-  
ligaria osculo obtrudere. Sequitur: Præsta-  
bat ista nō fieri, ne quid dissimulem &c.

Etiam ne hoc ad fidem pertinet, oscula-  
ri putre corium, & sordida linteola san-  
ctorum, præsertim si nullum habeant ue-  
stigium uitæ. Nec tamen colloquiū dam-  
nat eos qui pio affectu osculantur talia,  
sed eos qui obtrudunt osculanda, maxime  
quum fieri possit, ut calceus quem obtru-  
dunt, sit non diui Thomæ, sed Ianionis ali-  
cuius, aut lenonis. Agitur enim illuc de cal-  
ceo

63

pag. 601

63

SES DECLAR. AD CENSVRAS

ceo Thomæ Acrensis, qui obtrudebatur  
à mendicabulo quodam per viam non in  
templo.

**64** In dialogo Lanionis & falsamentarij, ci-  
<sup>pag. 618</sup>borum delectum dicit abrogatum diuina  
et Apostolica sententia. Hoc patet pagina  
eccclxxij. paulo post medium, ibi: Cibo-  
rum delectum non exemplo quidem, sed  
sententia sua abrogauit dominus &c.

**64** Palam est ex ipso sermonis tenore illic  
agi de abolitis Iudæorum ceremonijs, in-  
ter quas ponitur delectus ciboru. Si Chris-  
tus & apostolus Paulus non abrogarunt  
Iudaica ciborum discrimina, mentitus est  
Erasmus. Sin hoc fatentur omnes Ortho-  
doxi, quid incusatur? Cæterum illic non  
agi de constitutionibus Ecclesiæ, testantur  
quæ præcedunt ac sequuntur. Sic enim  
proponitur quaestio, Quæ scriptura mani-  
feste docet, Iudaeos si professionem Euan-  
gelicam fuerint amplexi, manumissos esse  
à Mosaicæ legis seruitute. Respondet al-  
ter: Quoniam id fore prædictum erat à  
prophetis &c. Iudaicum igitur escarum  
discrimen abrogauit dominus, nō quidem  
exemplo, sed sua sententia, quū ait: Quod  
intrat

intrat in os, non coinqnat hominem,  
iam tum præparans suos discipulos, ad Iu-  
daicarum ceremoniarum contemptum.  
Petrus item uisione monitus est, & item  
à Paulo doctus nihil esse immūdum quod  
deus mundauit. Addit non esse dubitan-  
dum, quin quod hodie populus Christia-  
nus contemptis Iudeorum præscriptis,  
vescitur suilla & anguillis, traditum sit ab  
Apostolis. Ac mox: Itaque non tam ma-  
numissi sunt Iudei, quām à legis supersti-  
tione, uelut à lacte, consueto quidem & fa-  
miliari, sed iam intempestivo depulsi. Ne-  
que lex abrogata est, sed ea pars iussa est  
cedere quæ iam erat ociosa. Item paulo  
post: At Iudei primum ægre diuelleban-  
tur à consuetis &c. Totus illius loci te-  
nor, disputat de Iudaicis ceremonijs, non  
de Christianis constitutionibus. Id quum  
sit extra controuersiam, quid deliquit E-  
rasmus? Sed hoc est, loco non lecto, iuue-  
num schedis credere. Atque adeo quid or-  
pus est præcedentium & consequentium  
tenorem ad argumentum uocare, quum  
ipse locus quem citant, sic habeat: Cibo-

AA rum

rum Iudaicum delectum non exemplo  
quidem, sed sententia sua abrogauit do-  
minus. Quur qui hæc scripsit, omisit Iudai-  
cum? Quid: nisi ut esset locus calumniæ?

65

Ceremonias etiam Ecclesiæ in ieiunio,  
in abstinentia à carnibus, diuersitate uestiu-  
um, rasura capitis, & quibusdam alijs, ta-  
xare uidetur: necnon & obligationem ba-  
ptismi, cōfessionis, matrimonij. Hoc pater  
pagina cccclxxv. à principio usque ad fin-  
em. Cæterum excusat quæ dicit in pra-  
scripta pagina: & hoc pagina cccclxxvi.  
in principio, ibi: Erras tota uia Lanio &c.  
Verum postea censet immutandas consti-  
tutiones & ceremonias Ecclesiæ, quas car-  
nales appellat. Id liquet pagina cccclxxvij

pag. 624

paulo post principium, ibi: Satis quidem  
crasse differis. Atqui mihi uidetur & ho-  
die non minus esse causarum cur obserua-  
tiones istæ carnales hactenus tolli debe-  
ant, ut arbitriariæ sint non obligatoriæ. Et  
paulo post, pagina cccclxxvij. post medi-  
um, ibi: Cum igitur tam ampla sit messis,  
uidetur hoc consultissimum ad religionem  
Christianam propagandam, quemadmo-  
modum

66

pag. 625

dum Apostoli sustulerunt onus legis Mo<sup>s</sup>  
saicæ, ne gentes resilirent, ita nunc ad illi  
ciendos etiam imbecilles, tolli quarun  
dam rerum obligationes, sine quibus ab  
initio seruatus est orbis, & nunc seruari  
possit, modo assit fides & charitas Euau  
gelica. Idem prosequitur fermè tota pagi  
na cccclxxvij. præsertim usque ad illam  
partem, Extra Ecclesiæ domum non est  
salus.

## CENSURA

Hoc autem consilium impiū est & per  
niciōsum, nec minus arrogans. Consilium  
inquam ex damnata Vuitcleui simul &  
Luteri doctrina depromptum ad enerua  
tionem Christianæ tendens religionis, &  
totius Ecclesiasticæ disciplinæ. Nec ue  
rum est quòd ex huiusmodi abrogatione  
imbecilles illicerentur, imò potius auoca  
rentur hinc magis à Christiana religione  
& retraherentur. Et certum est spiritu san  
cto suggestente, conformiter ad sanam scri  
pturarum intelligentiam hæc fuisse insti  
tuta, & ex traditione Apostolorum mul  
ta, tum ad reuerentius & sanctius cele  
branda diuina mysteria, tū ad syncerorē

AA 2 Chri

Christianæ religionis obseruationē, quo-  
rum multa etiam exploratū est esse de iu-  
re diuino, quod immutabile est, & semper  
idem: aut in sanctis scripturis traditum est,  
aut ex traditione Apostolorum per conti-  
nuas successiones ad nos usq; deductū est,  
Nec est cōsimilis ratio de onere legis Mo-  
saicæ, quam & prophetæ & Apostoli spi-  
ritu dei inspirati senserunt abrogandam:  
& de ihs quæ uoluit in Ecclesia spiritus san-  
ctus pro sua felici directione usq; ad con-  
summationē seculi perseuerare. quod inde  
patet quia quotquot talia attentauerūt im-  
mutare, mox ab Ecclesia, quæ semper spi-  
ritu dei regitur, damnati sunt & reiecti, ut  
Aerius, Vigilantius, Lamperius, Iouinia-  
nus, Valdenses, Albigenses, Vvitcleuiste,  
& demū Luterani, & alij non pauci. Hæc  
reticum itaque est & blasphemum huius  
modi peruersum consilium.

**65** Hæc proponuntur à Lanione, sed refel-  
luntur à Salsamētario. Si refutatio placet,  
quorū mihi obijcitur argumētantis sermō-

**66** Hæc rursus Lanionis argumentatio est,  
cui respondetur, pontificum constitutio-  
nibus

nibus citra contradictionem parendum.  
Eas uero carnales appellat, quæ præscri-  
bunt externa: nec suadet ut abrogentur,  
sed ut obligatio tollatur, & succedat ex-  
hortatio. Nec cuius permittit ut eiusmo-  
di constitutiones uiolet, sed si graues exi-  
sterent mutandi causæ, per Ecclesiam tol-  
lereretur. Velut si relaxatis quibusdam con-  
stitutionibus, atq; etiam dogmatis possit  
vehementer dilatari Christiana ditio, non/  
ne par esset, ut humanæ leges pro tempo-  
re cederent diuinæ? Diuina lex est pro ui-  
ribus dilatare gloriam Christi, & consule-  
re saluti proximorum. Iubet enim illa ama-  
re deum ex toto corde, et proximum sicut  
se quisq; diligit, quum certis diebus absti-  
nere à coena, aut uesci piscibus sit homi-  
num constitutio. Leges autem hominum  
non aliter quam pharmaca medicorum,  
pro temporum & corporū ratione, proq;  
præsentि usu solent ac debent innouari.  
Quod si ponamus existere magnam ali-  
quam Ecclesiæ utilitatem, quæ sit impie-  
tas si quas constitutiones ad tempus rela-  
get Ecclesia, præsertim quum nemo uetet  
AA; etiam

etiam illa seruari, quorum obligatio remit  
titur: aut quid habet hic sermo Luteri, qui  
docet omnes pontificum constitutiones  
esse impias, ac fortiter reiiciendas. Verum  
ea res inquiunt, non alliceret imbecilles  
ad Ecclesiam, sed eneruaret citius totam  
Ecclesiasticam disciplinam. Evidem ar-  
bitror Ecclesiasticam disciplinam potius  
consistere in his quae sunt spiritus, quam  
in externis illis. Et si tantum imminet pe-  
riculum, quomodo diu uiguit Ecclesia gig-  
nens tot ieiunatores, abstemios, ac hole-  
ribus uictitantes, quum nulla esset inedia-  
rum, aut escarum præscriptio? Nec quis  
quam negat hæc esse à maioribus salubri-  
ter grauibusque de causis instituta, at non  
sic instituta, ut abrogari non possint, si  
spes affulgeat majoris utilitatis, quum ip-  
sa Ecclesia tam multas constitutiones le-  
uioribus de causis abrogarit. Qua de re  
si quis dubitat, legat decreta Apostolo-  
rum ac ueterum conciliorum, reputetque  
quam pauca ex illis seruentur hodie, & tre-  
pidamus ne mox ruat Ecclesia, si quid no-  
uetur de escis, Ceremonias Mosaicas in  
hoc

hoc datas, ut suo tempore desinerent, ue-  
rissimum est. Verum ex eo consequitur,  
eas iam seruare nephas esse, at non conse-  
quitur similes hominum constitutiones  
ob graues causas antiquari non posse, per  
Ecclesiam. Quin & illud discutiendum  
est, an quicquid Apostoli statuerunt, eti-  
amsi constaret ab illis traditum, obliget  
nos in perpetuum. Paulus precepit ne mu-  
lieres loquerentur in Ecclesia, nunc ubi/  
que cantillant. Vetuit viros esse operto  
capite, nunc operiuntur. Iussit uxores ha-  
bere uelum super caput, nunc in quibus/  
dam regionibus aperto capite audiunt sa-  
cram, serico tantum reticulo cohibente  
capillitium ne diffluat. Sed unde constat  
nobis huiusmodi constitutiones hoc ani-  
mo proditas, ut perseverarent usque ad  
consummationem seculis? Quoniam quot  
quot tentarunt illas immutare, mox ab  
Ecclesia reiecti sunt. Nec mirū, quandoqui  
dem schismatice tentarūt antiquare, quod  
nisi per Ecclesiasticam autoritatē innouari  
non debet. Postremo nō affuerat Lanio,

AA 4 sed

sed argumentatiū more loquitur, Vides  
tur, ut iam ne consilium quidem dici pos-  
sit. Statuit enim apud se quisquis alteri cō-  
sulit &c. Sed quomodo hæreticum sit La-  
nionis consilium, quum diuersum sentiat  
ab horrendis illis nominib⁹, Lamperij,  
Iouiniani, Valdensiū, Albigensium, Vvit-  
cleui, & Luteri. Hic uult obseruari con-  
stitutiones Ecclesiæ, nisi per ipsam abro-  
gentur. Illi docent esse pium fortiter eas  
contemnere, adimuntq; præsulibus atque  
etiam concilijs autoritatem quicquam sta-  
tuendi de suo. Quomodo autem blasphe-  
mum, quod totum negocium defert Ec-  
clesiæ, quæ spiritu sancto dirigitur? Quo-  
modo peruersum, quod sperat magnam  
Ecclesiæ gloriam & utilitatem? Denique  
si non placet omnino Lanionis argumen-  
tatio, rejicitur etiam in eodem dialogo.

**67.** In eodem dialogo Lanionis & Salsa-  
mentarij multa alia ponit eidem sententiæ  
conformia, ut pagina ccccxcix. ante me-  
dium, ibi: Verum ubi interim illa libertas  
spiritus quam promittunt Apostoli &c.  
**67** Verum est, similia quædam ibi dicun-  
tur

tur à Lanione, sed argumentante non aſſeuerante. Cæterum illi protinus responſet Salsamētarius: Dicam ó Lanio. Non in hoc est Christianorum libertas, ut liceat illis facere quæ uelint, liberis à conſtitutionibus humanis, sed quod ex feruore ſpiritus ad omnia prompti, lubentes & aſlaclres ea faciunt quæ præſcribuntur &c. Hæc responſio ſi pia, ſi Catholica eſt, quur hac diſſimulata mihi impingitur per conſtantis ſermoſ?

Idem indicat & pagina cccci. post me dium, ibi: Mundus plenus eſt pharisaicis hominibus &c. Pagina item cccxcvij. circa principium, ibi: Postremo cum leges hominum, quæ ferè corporalia præſcribunt, pædagogi ſint ad pietatem, cetera uidentur, ubi quis profecit ad ſpiritus tobū. Hic rursus errorem Beguardum instaurare contendit, quaſi eo ſenſu pædagogi ſint appellandæ conſtitutiones & ceremoniæ Ecclesiæ, quo appellat Paulus pædagogum ueterem legem ac eius ceremonias.

Obſecro quid indicat hic Salsamenta. AA 5 trius 68.

rius? Ait mundum esse plenum pharisaicis hominibus. Sed quos appellat pharisaicos? Non eos qui parent Ecclesiæ constitutionibus, sed qui non alia re sibi possunt vindicare sanctimoniam, nisi talibus obseruatiusculis. Nam hæc illic adduntur, hic prætermissa sunt honoris mei gratia. Rursus altero loco quid dicit Lanio? Argumentatur non assuerat. Sed quid illi respondeatur? Multa tu quidem convergis, quorum nonnulla placent, aliqua displicant, quædam non intelligo &c. Si quædam displicant, existiment ea esse quæ ipsi damnant. Valeant itaq; Beguardi.

69  
Rag. 658

Aegre fert denique autor huius dialogi quod plus puniantur in Ecclesia minora peccata quam grauiora. Nec attendit id rationabiliter fieri in republica ad conservationem eiusdem. Id patet pagina cccccij. circa finem, ibi: Itidem uidemus multos tantum fidere corporalibus ceremonijs &c. Et similiter pagina cccciij, quasi tota.

Hic consentiunt Lanio & Salsamentius, uicissim commemorantes exempla non

non pauca de præposteriori uulgi iudicij,  
& inter cetera commemoratur, quod qui-  
dam in leuiora peccata grauius animad-  
uetunt. Si sacerdos inquit, capillitium aut  
uestem sumat hominis prophani, rapitur  
in carcerem, acriter punitur: si bibat in lu-  
panari, si scortetur, si ludat aleam, si uitiet  
alienas uxores, si nihil attingat sacræ le-  
ctionis, tamen columna est Ecclesiæ. Ita  
dialogus. Theologi dicunt id rationabi-  
liter fieri. Fortassis in aliquo casu, sed in  
eo quem illic pono non arbitror. Nec ip-  
si probant opinor, eos qui corporalibus  
freti ceremonijs negligunt ea quæ sunt ue-  
ræ pietatis, & suis meritis arrogant quod  
est gratiæ: & ibi consistunt, unde opor-  
tuit gradum factum ad perfectiora, & ex  
his rebus proximum calumniantur, quæ  
per se nec bonæ sunt nec malæ. Sic enim  
loquitur dialogus. At hos si dānant et ipsi,  
miror quur existimarent hunc locū notan-  
dum. Quid autem mali, si præposta multa  
titudinis iudicia, quorum nullus est nu-  
merus, multis exemplis persequitur dialo-  
gus, quā id uehementer pertineat ad ueræ  
pietatis

330 DECLAR. ADCENSVRAS  
pietatis studium? Certe hoc animo illa ibi  
commemorantur.

70 Idem facit pagina cccccvij. circa finem  
pag. 665 ibi:lam in ipso iejunij prescripto cum duo  
71 sint &c. Idem prosequit paginis cccccix.  
pag. 686 cccccxx. cccccxxi. cccccxiij. & cccccxxiiij.  
Fiduciam in sanctos carpit pagina. ccccc  
xxiiij. non attendens quod omnis cultus  
& fiducia quae sanctis exhibetur: primo  
& principaliter deo exhibeat, et illis sub  
deo & propter deum.

70 71

Quid? Illie carpit Erasmus fiduciam d  
uorum? Ipse locus respondeat. Sic loqui  
tur Lanio. Quam multi sunt qui magis fi  
dunt praesidio uirginis matris, aut Christo  
phori, quam ipsius Christi. Et huius gene  
ris aliquot exempla commemorantur.  
Obsecro te lector, an hoc est carpere fidu  
ciam erga sanctos, an potius notare prae  
posterum iudicium stultorum? Proin haec  
censura hic nullum habet locum, quocun  
que casu hic posita est.

In dialogo qui dicitur Funus, minus re  
cte uidetur sentire autor de fundatione ob  
bituum

bituum, & de precibus pro defunctis exoluendis. Nam infirmum introducit parum ista curantem, immo respuentem, si non esset scandalum. Id uidere est pagina cccccxlvi, circa finem, ibi: Si me uel uno funebri sacro dignaberis plus satis erit: aut siquid aliud est, quod ob publicam Ecclesiæ consuetudinem citra scandalum infirmorum omitti uix potest, id tuo permitto arbitrio. Sequitur: Nec est animus cuiuspiam preces uel commercari, uel meritis suis spoliare. Hæc dicuntur quasi fundantes obitus, preces aliorum commercetur, aut meritis suis spolient: quod asserere erroneum est & impium. Pagina autem sequenti quæ est cccccxlviij. Videtur omnem satisfactionem peculiarem pro defunctis respuere, solam communem probans cum merito Christi, & hoc à principio paginæ.

72

pag. 715

Ibidem

73

pag. 719

## CONCLVSION DETERMIS.

nationis præscriptæ.

**C**Vm igitur in istis dialogis perniciose Erasmus eloquentiam suam convertat

uerat ad instaurandos, & quodammodo  
puerorum, præceptorum eorundem, &  
quorumcunque lectorum ingenij insti-  
landos damnatos errores Arianorum,  
Vuitcleuistarum, Iouinianistarum, Lam-  
perianorum, Valdensium, Beguardorum,  
Luteranorum, & aliorum multorum hæ-  
reticorum: si sancte & Christiane imbuen-  
da est non modo puerilis ætas, uerum eti-  
am prouecta, & ab omni impietate atque  
blasphemia maxime propellenda & auo-  
canda, enitendum est ne ulli tales libri ma-  
nibus teneantur puerorum aut quorum-  
cunque Christianorum lectorum, ne huius-  
modi uenena ubi lectores imbiberint, à  
Christianâ omnino religione reddantur a/  
lienî.

72 Fingo illic hominem egregie piūm,  
qui quicquid potuit in uita boni fecit, &  
quantum patiebantur facultates sanus ac  
ualens pauperibus erogarat. atq; hoc ma-  
luit quam in diplomatibus pontificum,  
aut in sacerdotum mortualibus, aut in le-  
gatis testamentarijs spem salutis ponere.  
Id quidem audiui uehementer compre-  
bari

bari à pietatis professoribus. Quid sit fun dare obitus non intelligo, at qui precio redimunt anniuersaria, & id genus alia, nonne commercantur alienas preces? Et qui ad hoc conducuntur, nonne partem meriti accidentalis transferunt in conductorē? Hoc ille in morte fieri putabat superuacaneum, quum quod melius erat in uita sanus præstitisset.

Ei qui sic uixit, sic moritur, non est opus illis vulgaribus præsidij, quæ longe minus adferunt opis, quam uitæ beneficia. Vides lector quales sint præmissæ, quibus quam congruat conclusio iudicent alij. Ei, quoniam adiecta est nec ad facultatem pertinet, respondebo. Quod ait me meam eloquentiam huc conuertisse, ut hæreticorum errores colloquijs meis instaurem, eosque puerorum animis instilem: si petunt animum meum, libere reclamabo esse falsissimum. Alia uterex phrasij, si quod auertat deus, tali essem prædictus animo. Si hæc torquent in rem, ut fateor me potuisse labi multis locis, nimirum hominem, & si hoc nimium est

73

semi

semihominem, ita res ipsa declarat mihi  
ne in uno quidem dogmate cum toties ite  
ratis hæreticis conuenire. Est igitur pér/  
culum, scilicet, ne si lectores hauserint hæc  
tam exitialia uenena à Christiana religio/  
ne reddantur omnino alieni. Tam ma/  
gnifice pronunciat, quisquis huius con/  
clusionis artifex fuit, quum tam multa de/  
monstrarim depravatae citata, perperam  
intellecta, calumniose detorta. Quid au/  
tem his tot propositionibus agitur quod  
fulciat religionem Christianam? ut cre/  
dat populus cucullam monachorum ua/  
lere sanandis morbis, ut uotis solicitemus  
diuos, præterito Christo, ut quampluri/  
mi currant Hierosolymam, relicta uxore  
& liberis, existimentq; in eo miram quan/  
dam esse pietatem, ut credamus omnes  
constitutiones hominum obligare ad pœ/  
nam gehennæ. Ut in ciborum delectu  
præcipuam religionis partem collocemus,  
ut in templis nullus ornatus uideatur im/  
modicus, sed luxus etiam pertineat ad ho/  
norem dei, ut quamplurimum tribuatur  
ceremonijs quibuslibet, ut pueri ac puer/  
la

la contemptis parentibus currant ad monachos, ne quis loquatur de Christo, aut de literis sacris nisi Theologus, ut in sanctis quam plurimum ponamus fiduciae. Ut sciamus malos non esse quidem in Ecclesia, sed tamen esse de Ecclesia, ut credamus Ecclesiam mire ornari immensa ac prodigiosa uarietate cultuum ac uestium, ut iurisperiti honeste uestiantur, ut diuini soleas & calceos exosculemur. Ne quid omnino constitutionum Pontificiarum relaxetur, etiam si magna inuitet utilitas, ut morientes fundent obitus, certique quam plurima mortalia fieri, que in his plurimum fiduciæ collocemus, & huius generis alia. At Christiana pie tas in eo sita est, ut diligamus deum ex toto corde, proximum ut nosmetipos, in Christo spei nostræ summam colloca mus, ut ad illius doctrinam atque exemplum, necnon scripturarum regulam mo res ac uitam componamus. Ab his qui quocunque modo auocant, in discrimen potius inducunt paganitatis. Hæc in eos dixerim qui fragmenta male detrunca-

ta , cum peruersa interpretatione obtrudunt Theologicæ Facultati , quæ delusa damnat , non quod à me scriptum est , sed quod ab illis allatum .

FINIS .

MENDAS QVAE OBREPSE/  
runt operis inter excuden/  
dum, sic emendato.

- Pagina 8. uers. à fine 9. pro in cæte/  
rorum hominum, lege certorum.  
Pagina 9. uer. 7. non minor erit sollicitu/  
do, dele non.  
Pagina 27. uer. ii. sic lege, latere scorpium.  
Pagina 33. uersu ultimo, sic lege, uelum  
templi scissum, ac sepulturam.  
Pagina 46. uersu 9. sic lege, sed tamen quo  
longius abessent ab hoc periculo, Apo/  
stoli plenam libertatem &c.  
Pagina 68. uer. ii. ne fides quidem est, c  
litera abundat.  
Pagina 75. uers. penultimo, pro, quo actu,  
lege, quo ritu.  
Pagina 116. uers. antepenultimo, post Ni/  
ceni, adde hæc, quemadmodum & An/  
tiocheni, & Sardicensis, & Carthagi/  
nensis, sicut & missum est ad concilium  
Aphricanum  
Pag. 120. post lineam tertiam insere hæc.  
Friuolum autem argumētum est, quod

BB 2 adfe

adferunt quidā ex uocis etymologia, qua-  
si quisque suum bolum in medium addu-  
xerit. Symbolum enim significat signum,  
translatum à militibus, qui symbolis apo-  
nis aut uocalibus se mutuo agnoscunt, ac  
deprehendunt perfugas & hostes. De sin-  
gulis artiçulis à singulis apostolorum pro-  
ditis, commentum uidetur uel pictorum,  
uel alicuius qui hac ratione uoluit & Apo-  
stolorum celebrare nomina, & catechu-  
menorum memorię consulere. Vero pro-  
pius est, hoc Symbolum quod Apostolo-  
rum dicitur, illud fuisse quod iuxta Roma-  
nam Ecclesiam autoritate priscorum pa-  
trum tradebatur catechumenis ediscen-  
dum, cui partes aliquot additae sunt, aduer-  
sus exorientes hæreses. Alioqui quur hoc  
non est additum decretis seu canonibus  
Apostolorum? Quæ si non uidentur A-  
postolorum, quum tamen habeant titu-  
lum, consequitur, non statim ab Aposto-  
lis scripto proditum, quod illorum titulo  
fertur. Denique ut citra tergiuersationem  
sint autores, qui pronuncient hoc symbo-  
lum Apostolorum esse, nemo certe pro-  
nuncia

nunciauit scripto proditum, quod ipsum  
tamen nusquam nego, sed tantum indicō  
me dubitare, positurus eam dubitatiōem,  
simul atque cognouero Ecclesiam hoc do-  
cere. Nunc nihil audio nisi quod dicitur  
Apostolorum, & tenetur ab Ecclesia. Nec  
tamen falso dicitur Apostolorum, quām  
ea contineat, quae Apostoli tum prædica-  
runt, tum in Euangelijs & Epistolis prodī-  
derunt. Vnde consequitur illi non minus  
autoritatis esse tribuendum, quām scriptu-  
ris canonicis.

Pagina 135. uer. 2, post Multi adde, inqui-  
unt: & uersu sequenti expunge inqui-  
unt, & sic lege, Multi inquiunt recitant  
in templis sacros libros, quos non in-  
telligunt.

Pagina 145. uers. primo, pro loquar, lege  
loquor.

Pagina 152. uers. à fine 5. lege scripserunt.

Pagina 166. uersu ultimo, purificātur non

purificantur legendum.

Pagina 193. in medio, lege, Sic uestire, pro,  
sic uescere.

Pagina 198. uersu ab imo 9. lege, sed im-

BB 3 pu

, pudenter.

Pagina 207. uersu ab imo 10. lege uocali  
precatione.

Pagina 209, circa finem lege, delectant su/  
peros.

Pagina 213, uersu ab imo 12, lege Paulus  
hæc.

BASILEAE IN OFFICINA

Frobeniana apud Hierony/  
mum Frobenium, &  
Nicolaum Epi/  
scopium.

M. D. XXXII



043

L51961-f



FRO BEN.